

men ex accidenti contingit, non quia deficiat ius, sed probatio, ut per Hostien. in Sum. in tit. Qui fil. sui legit. §. An inter utrumque: nam etiam ipse vulgo quæritus potest probati esse filius alicuius ex eis, qui tempore conceptionis cum matre rem habebant, ut fatetur Bald. in dict. l. Prim. num. 14. ita intelligens cap. Michael, de fil. Presbyr. & admittit etiam Hostien. in dict. §. An inter utrumque, prope fin. Hoc autem casu satis probatum est Antonellam esse filiam Joannis Antonii, primo per assercionem matris, l. Matrem, C. de probat. secundo per tractatum Joan. Antonii, qui eam domi aluit, & matrimonio copulavit, qui probat filiationem etiam non nati ab uxore, ut per Felin. hic num. 3. Imò solum tractatum sufficere sentit Felinus post alios num. 13. & tradunt in terminis nostris Hosten. & Henr. Boich. in cap. Per tuas, Qui filii sunt legit. ubi volunt ut si certum sit Sacerdotem peccasse cum muliere, & postea filium, qui ex ea natus est, & ab ea nutritus, vel filium nominasse, vel alius ut filium tractasse, verè præsumere debeamus esse filium illius. Quæ sanè omnia in hoc casu concurrunt. Nec obstat quod possit probari contrarium, ut per gloss. in d. cap. Michael, in ver. Constituitur, & DD. hic & in dict. cap. Per tuas, Qui fil. sint legit. Et quod oppositum hic probatum videatur per famam viciniam, in qua a multis hic filius alius duobus viris adscribatur: nam respondetur solum famam non inducere probationem filiationis, ut hic per Felin. numer. 15. Præterea non est probata hujusmodi fama cum suis requisitis. Et in specie testes deponunt se audivisse a multis, non autem à majori parte populi, seu per verbum communiter, prout requiritur. Verall. de off. 2. l. 10. part. 2. Regulare enim est, ut in septe indefinita æquipollear univèrsaliter, ut per DD. in cap. Audire, de prescrip. Et tradit Rota in his terminis in causa Parmen. Statu 26. Martii 1618. coram Sacro in veris. Quoad verum genus probationis, Insuper à multis hæc dicebatur esse filia Joannis Antonii: quæ ita hi nuntios contrarii invicem conuallantur, ut patet in hoc cap. & per Rotam in prædict. decisi. Quamobrem cum Hostien. in dict. §. An inter utrumque sentiat prohiberi matrimonium vulgo concepti, si sit fama quod maritus sit filius patris sponsæ, & conjuges id confiteantur, alioquin sine conscientia esse relinquendos; videtur etiam hoc casu matrimonium prohiberi, in quo licet fama non bene probetur, cum constet de nominatione, confessione parentum, & retractatu. Et de hoc videtur casus in hoc cap. ubi quidam R. qui præsumebatur filius T. Tiburtini ex concubina fulepeus propter illorum nominationem, & tractatum non potest habere in uxorem neptem ejusdem. Unde, ibi gloss. in ver. Consuevit, notat ex consanguinitate præsumptivè probata dissolvi matrimonium, & sequuntur Hostien. num. 3. Joann. Andr. in fin. & Cardin. in 1. notat. & alii communiter. Quod multò facilis procedit hoc casu, in quo agitur de matrimonio contrahendo: nam præsumptio consanguinitatis licet non semper dirimat contractum, tamen impedit e contrahendum, cap. Licet, in fine, de test. cap. Super eo, de eo qui cogn. consueg. Hostien. & Jo. Andr. ubi supra. Ideoque nullo pacto videtur mandan-

dum Episcopo, ut declaret hos posse matrimonialiter copulari, præsertim cum etiam aliis modis possit lux afferri veritati, si Episcopus rem diligenter indagaverit.

DE TESTIBVS, & Attestationibus.

Cap. In nomine Domini.

S Y M M A R I V M.

- 1 Testium receptio contra non citatum est nulla, & num. 8.
- 2 Invocatio nominis Domini præmittenda est in actionibus nostris.
- 3 Item in arduis, perpetuisque instrumentis, & n. 7.
- 4 Item in sententiis.
- 5 Invocatio nominis Domini qualiter sit facienda.
- 6 Potest fieri à Notario Christiano etiam in contractibus Judæorum.
- 7 An sit de substantia instrumenti.
- 8 Facta à Notario in principio Protocolli trahitur ad omnia instrumenta in eo comprehensa.
- 9 Invocatio nominis Machometti in terra Christianorum fieri non debet publicè etiam à Saracenis.
- 10 Privatim an sit prohibita.
- 11 Citari debet pars in receptione testium, ut audiat illorum testes, non autem deponentes, & n. seqq.
- 12 Testes secreti, & singulati sunt examinandi.
- 13 Citatio ad videndum committi Notario juramentum testium non suffragatur, nisi etiam dicatur ad videndum jurare.
- 14 Et hic defectus est insanabilis.
- 15 Testium depositiones si pars audierit, non poterit postea super eisdem capitula testes producere.
- 16 Si citetur dominus, & non procurator, vel unus ex duobus procuratoribus in solidum, non valet attestations.
- 17 Testes examinati parte non citata an sufficiant pro mandato de manutendo, & num. seq. usq. ad num. 48.
- 18 Probatio plena non requiritur in summarissimo possessorio.
- 19 Sed sufficit summaria, levis, & qualis qualis.
- 20 Item sufficit fides extrajudicialis, si concurrant admitticula.
- 21 Et admitti solent etiam præsumptiones.
- 22 In possessorio summarissimo agitur de modico, & reparabili præjudicio.
- 23 Possessorium summarissimum est preparatorium possessorii pleni, ad quod se habet, sicut plenum possessorem ad petitorium.
- 24 Mantentio datur ne partes veniant ad arma, & ut sentiatur quis sit actor, & qui reus.
- 25 Est remedium summarissimum, & momentaneum.
- 26 Et interim, appellatur.
- 27 Testes recepti sine citatione, partu præsumptionem faciunt.
- 28 Item faciunt indicium.
- 29 Sed contra, num. 34.
- 30 Faciunt saltem admitticulum, & num. 35.
- 31 Fallit, num. 45.
- 32 Et sufficiunt pro mandato de manutendo ex multorum sententia.

- 33 Probatio saltem semiplena requiritur ex stylo Rota in judicio mantentionis.
- 34 Verba nullius momenti, excludunt indicium quantumcumque leve.
- 35 Admitticula sola non sufficiunt ad obinendam mantentionem, cum non sint probationes, sed auxilia probationum, & n. 37.
- 36 Testes examinati ad perpetuam rei memoriam sine citatione partu non probant etiam in judicio mantentionis.
- 37 Testes recepti ante litis contestationem regulariter non probant, nec faciunt indicium.
- 38 Testes recepti citato procuratore non habente mandatum, vel minus sufficiens, non probant etiam in summarissimo.
- 39 Mandati defectus includit etiam defectum citationis quoad ipsum principalem.
- 40 Et gesta cum falso procuratore sunt ipso jure nulla.
- 41 Mandati defectus à signatura Papa sanari non solet, neque ex stylo Rota, etiam defectus expensis.
- 42 Testes examinati coram iudice incompetenti fidem non faciunt etiam in summarissimo possessorio.
- 43 Nec ullum faciunt admitticulum si cum defectu jurisdictionis concurrant defectus citationis, & juramenti.
- 44 Testes non jurati, & recepti parte non citata aquirantur.
- 45 Nullitates solæ ex defectu citationis, jurisdictionis, & mandati in Verba, & in Statu Ecclesiastico iudices debent attendere, & alii reiecti ad causarum expeditionem procedere.
- 46 Testium receptio an valeat si citatus ab inevitabilem necessitate compareere potuit, & n. seq. usque in finem.
- 47 Impedire ex iusta causa non potest dici contumacia.
- 48 Impedimentum citati notam iudici reddit ipso jure nullam sententiam tam dissolvivam, quam interlocutoriam, quæ usq. receptio testium. Secus si iudex impedimentum ignorabat, quia tenet processum ipso jure, sed debet retractari, numer. 54.
- 49 Citatus ad domum, qui non comparuit allegans se citationem ignorasse audiri debet ad opponendum in personam testium, licet non servaverit formam e. Præsentium, in fine, & n. 53.
- 50 Testes recepti contra citatum legitime impeditum faciunt saltem indicium.
- 51 Impeditum citari debet ut saltem compareat per procuratorem, nisi esset causa nimis gravis.

IN NOMINE DOMINI. Nulla est receptio testium facta contra non citatum. Hoc dicit, secundum Abb. Antiq. & omnes post eum. Dividitur in tres partes. Nam primò ponit dictum. Secundò probat per legem. Tertiò concludit. Secunda ibi, ne postea. Tertia ibi, ecce.

2 Nota primò ex principio litte 2, in actionibus nostris præmittendam esse invocationem nominis Domini, ut hic, & in cap. In nomine Domini, 21. dist. Nam, ut legitur in cap. Non liceat, 26. quæst. 5. & habetur originaliter ad Prosp. Fagn. in 2. Decretal. Tom. 3.

lissen. 3. Omne quodcumque scit in verbo, aut in opere, omnia in nomine Domini nostri Jesu Christi facite, gratias agentes Deo, & Patri per ipsam concordat. 1. ad Corinthe. 10. & Act. 17. ut cap. Non obsequeris, 26. quæst. ult. Omnia enim recte, & competenter geruntur si principium sit decens, & amabile Deo, ut in Auth. Quomodo oport. Episc. circa princip. & ubi Christus non est fundamentum, nullius boni operis superest adficiendum, cap. Cum Paulus, 1. quæst. 1. Hinc Imperator in sui initio invocatur nomen Domini dicens, Deo nobis auxilium præbente, & c. l. Deo nobis, C. de Episc. & Cleric. & Instrumentum inchoatur a thore Deo, ut dicit text. in Authen. Et præpon. nom. Imper. §. 1. Unde hæc invocatio semper præmittenda est in arduis, perpetuisque instrumentis. In minoribus autem, & intra tempus breve duraturis, & in publicationibus actorum judicialium, nisi sit sententia diffinitiva, non est jus eam omitti inchoando sic instrumentum, Anno Domini, & c. ut inquit Speculat. in tit. de Instrum. edit. §. Breve text. num. 2. & quod in principio tenentie imprimendum sit nomen Domini, est textus in cap. Veritatis, supra de dol. & contrum. & notar Gemin. in cap. Præter hoc, num. 2. 3. 2. dist. Nec est jus an dicatur: In nomine Domini, ut hic; an in nomine Domini nostri Jesu Christi, ut l. In nomine Domini, C. de offic. Præf. Prætor. Aphric. vel in nomine Patris, & Filii, & Spiritus sancti, ut cap. In nomine Patris, 7. 3. dist. secundum Specul. ubi supra, vel in nomine sanctæ, & individue Trinitatis, ut notat Petrus de Unzola in sua Pract. Artu Notariatus in 3. part. num. 17. inter tract. comm. como 11. pag. 179.

6 Et potest fieri hæc invocatio à Notario Christiano etiam in contractibus Judæorum, ut tenent Bart. & Alexand. in prima Constitutione Digestorum, & in prima Constitutione Codicum. Communiter tamen tenetur eam non esse de substantia instrumenti, nec inter Judæos, ut notat Angel. in Authen. Injurandum, quod præst. ab his, 3. l. col. 2. nec inter Christianos, Felin. post Abb. & alios in cap. 1. num. 2. de fid. Instrum. & Jac. in rubr. de nov. oper. nunciat. numer. 7. Et quamvis ex consuetudine hæc solemnitas electa sit substantialis secundum gloss. in dicta Auth. Ut præpon. nomen. Imper. §. Unde Sancimus, in ver. Audite, Felin. loco citato, Alex. in addit. ad Bart. in l. 1. In ver. Instrumentum, C. de novo, Cod. facien. tamen Bart. in l. Si quis ex argentarius, §. Si initium, num. 7. ff. de eden. Sentit etiam stante hujusmodi consuetudine ex omiffione invocationis contractum non vitiari; Subdicit tamen ibi invocationem divini Nominis factam per Notarium in principio Protocolli trahi ad omnia instrumenta comprehensa in libro instrumentorum. Quod nota ad salvandum instrumentum, in quo hæc solemnitas fuit prætermissa. Invocatio autem nominis Machometti fieri non debet etiam à Saracenis publicè in terris Christianorum, Clem. 1. de iudic. Sed privatim non prohibetur, ut post Paul. de Eleazari. tenet ibi Cardin. in 7. quæst. plenius Vitalin. num. 18. & seq. licet Zenelin. contra, cum quo simpliciter transit Petr. de Anchar. num. 4. vers. Sed an isti sint tolerandi.

7 Secundò nota ibi, venire, & audire testes, & signa practica citationis in receptione testium: Q 3 de.

debet enim pars citari ut veniat, & audiatur, ut est argumentum hic secundum Anton. de Butr. in 4. notab. Verumtamen hoc non ita intelligat, ut pars audire debeat testes cum deponunt dictum suum. Hoc enim est falsum, cum fecerit, & singillatim sint examinandi, ut cap. Venerabili infra eodem, & cap. Inquisitioni, §. 1. de accusat. & l. Nullum, C. de testib. exemplo Danielis qui secrete examinavit senes accusantes Sulannam, & de falsitate convicit, Daniel. x. 3. Sed ita intelligas hanc litteram, ut pars venire debeat, & audire testes jurantes, non autem deponentes, licet publicatis attestacionibus possit etiam videre, & audire illorum depositions, ut hic firmant gloss. in verb. Audire, Goffred. & Innoc. numer. 2. Qui suppleverunt verbum testes, scilicet jurantes, Holtienus in 3. in ver. Testes, Joan. Andr. numer. 9. Butr. numer. 13. Arctus in 4. notab. gloss. in l. Sed & si quis, in ver. Attestaciones, C. de testib. gloss. final. in §. Et hoc verum, in Authen. de Testibus, & in l. Si quando, in ver. Noluerit, C. eod. tit. Specul. in tit. de Teste, §. Nunc tractandum, in princip. Et quamvis Joannes Theuonicus in cap. In primis, in gloss. in ver. Si eo presente, 2. quest. 1. dicat partem posse etiam examini interesse si velit: idque ob eam rationem, quia pars, que novit causam circumstantias melius interrogabit: & Abb. Antiqui hic numer. 1. affirmet in Montepessulano, & in multis aliis partibus ad litteram observat quod hic dicitur, ut scilicet pars citetur, ut veniat ad audiendas testium depositions; tamen primum intelligendum sequitur omnes hic teste Felin. numer. 17. in gloss. in ver. Jurantes, & sic servatur de facto ubique, & bene; ideoque sic est tenendum, ut formaliter inquit Specul. loco citato, Et de hac generali consuetudine attestatur etiam gloss. in d. l. Si quando, in ver. Soluerunt, C. de testib. Et ita etiam hunc textum semper intellexit Rota, que propterea sapientissime resolvit citationem ad videndum jurare testes esse necessarium per hoc capitulum. Ad hoc ut examen sustineatur, Capita de decis. 274. numer. 3. part. 3. Rota in recent. decis. 219. numer. 2. part. 7. & alibi passim. Nec suffragatur citatio ad videndum committi notario juramenta testium, nisi etiam dicitur ad videndum jurare, ut censuit decis. 259. numer. 4. part. 1. recent. & hunc defectum esse insanabilem dixit decis. 18. numer. 12. in recent. part. 7. Nec obstat contraria ratio Joannis quod interrogaciones melius fiant per partes. Quoniam ad hoc habemus remedium ut interrogatoria dentur in scriptis, ut in cap. 2. hoc tit. libro 6. & sic iudex plene per seipsum inquirere poterit, ut notat Barthol. Brixien. in d. c. l. in omnibus gloss. in verb. Si eo presente, in fin. 2. quest. 1. Specul. in dicto §. Nunc tractandum, numer. 1. vers. Nec obstat: & hoc modo testes liberius deponent, ut hic per Joan. Andr. numer. 8. & Abb. numer. 8. in gloss. in ver. Audire.

15 Verumtamen si casu accideret, ut pars dicta testium audire, non posset postea super iisdem capitulis testes producere, ob timorem subornacionis, ut in Authen. de Testib. §. Qui vero, & cap. Ultra tertiam, infra eodem, secundum gloss. preallegat. in d. cap. in primis. Innoc. hic numer. 2. Holtienus numer. 3. in ver. Testes, Joan. Andr. numer. 9. Felin. numer. 17. vers. Nec obstat. Quod facit contra illos, qui stant ad audiendum post cortinam,

secundum Bald. hic numer. 2. & Felin. ubi supra.

16 Quid autem juris sit si citetur dominus, & non procurator, qui contestatus est litem, Et quid si duo procuratores simul litem dati in solidum cum clausula ut occupantis conditio non fieret melior, quorum alter contestatus est litem, & alter produxit testes, an valeant attestaciones, plene hic disputat Joan. Andr. numer. 2. & 3. & post eum Butr. numer. 8. & 9. & Imol. numer. 7. & 8.

17 Tertio nota ibi, si non ex inevitabili necessitate, attestaciones receptas absente citato non tenere, quando ex justa causa detentus comparere non potuit, ut hic probatur evidenter per argumentum a contrario sensu: nam cum textus dicat testimonia valere contra citatum non comparentem si non ex inevitabili necessitate venire non potuit: ergo a contrario valent si iur impeditus comparere ob inevitabilem necessitatem, & ita hanc litteram inducunt Abb. hic numer. 11. vers. Sed in alio eam, & Felin. numer. 19. Sed hoc plenus examinabitur infra in gloss. in vrb. citabili, a numer. 4. §. 2. in finem.

18 Ultimo nota regulam, de qua supra in Summario, videlicet attestaciones parte non citata esse nullas utroque iure, & Casareo, & Pontificio, ut in Auth. de Testib. §. Et hoc verum, collat. 7. Cujus tenor referetur ad litteram in hac Decretali, l. Iudices, C. de fid. Instrum. l. Si quando, C. de testib. cap. In primis, 2. quest. 1. & cap. Charta, §. 1. in 9. cap. 1. de caus. possess. & proprietat. c. Inter quatuor, de major. & obed. & hoc pro regula constituit, hic gloss. in ver. Admonendi, Innoc. numer. 2. Holtienus numer. 3. Abb. Antiqui Joan. Andr. & reliqui omnes in Summario textus, & Felin. numer. 3. ubi ex mente Doctorum ad eandem regulam ponit quique declarationes, & quatuordecim limitationes, quas per te videas, usque ad numer. 17.

19 QUERO, ultra alios an testes examinati parte non citata fidem faciant in summariisimo possessorio; adeo ut vigore talis examinis Iudex concedere possit, aut debeat mandatum de manutenendo.

20 Ad partem affirmativam facit, quia in hoc iudicio summariisimo non requiritur plena probatio, l. in lege Aquila, l. prima; ibi, resummatim exposita ad sufficientem iudicem adducant, ff. ad leg. Aquil. l. 3. §. Causa, ff. de Carbon. edit. l. 3. §. Solendum, ff. ad exhiben. Et tradit, Raph. Cuman. in l. 1. §. fin. ff. de Prator. stipul. Natta conf. 121. In causa possessoria, numer. 9. Rota apud Gregor. XV. dec. 258. numer. 3. nec requiritur probatio exacta. Plot. de in lit. jur. §. 3. numer. 43. Mantio. decis. 172. numer. 2. que est decis. 152. numer. 5. part. 4. divers. Rota in recent. decis. 387. numer. 2. part. 2. sed iussu Summaria, d. l. in lege Aquila, Paul. de Castro, conf. 31. In causa qua veritur, numer. 2. vol. 2. item levis, Greg. d. decis. 258. numer. 3. Menoch. de retin. poss. remed. ult. numer. 34. imo levior solet admitti. Cardin. Seraph. decis. 8. numer. 1. & decis. 190. numer. 2. Rota divers. decis. 665. numer. 4. part. 3. licet corrupte ibi legatur plenior, & in recent. decis. 214. numer. 3. part. 1. Item admittitur probatio qualis qualis. Menoch. d. remed. ult. numer. 9. Rota apud Card. Cavaler. decis. 5. numer. 4.

21 Et propterea etiam fides extrajudicialis in hoc iudicio fidem facit si concurrat adminicula, ut censuit Rota decis. 323. numer. 2. post 2. vol. conf. Fa

Farin. & in recent. decis. 122. n. 7. part. 1. & in Salamantina suspendiorum 3. Decembri 1607. coram Cardin. Lancellotto impressa apud Moder. in trad. man. de manut. decis. 97. n. 3. Imo admitti solent etiam presumptiones, Boccac. in trad. de interd. Vii possid. cap. 14. n. 24. Rota divers. decis. 373. n. 1. part. 1. lib. 3. & dicta decis. 323. n. 2.

24 Et est ratio, quia in mantentione agitur de modico, & reparabili preiudicio. Cæsi de Grass. decis. 22. alias 2. n. 4. de restitut. in integr. Seraph. decis. 292. in princ. Rota divers. decis. 641. numer. 8.

25 part. 1. Et enim hoc iudicium preparatorium iudicii possessorii principalis, atque plenarii Berro, conf. 1. n. 1. lib. 1. & habet se ad iudicium principale possessorium retinendæ, sicut se habet iudicium proprietatis, quod petitorium appellamus, ut declarat Paul. de Castro d. conf. 3. & post alios Menoch. de retinen. poss. remed. ult. tim. numer. 7. & datur mantentio a iudice, ne partes veniant ad arma, l. Quasium, ff. de vusu, & ut sciatur quis sit actor, & quis reus in iudicio plenario, §. Retinenda, Institut. de interd. l. 1. lib. 2. §. fin. ff. de liber. cau. Paul. de Castro loco citato: & habetur expressè hac præctica secundum eum in textu, & per Innoc. in cap. Cùm venissent, infra, de Institut. & propterea hoc iudicium est summariisimum. Rota divers. dicta decis. 641. numer. 8. part. 1. & momentaneum Cagnol. in l. In part. numer. 6. ff. de regul. iur. Conrad. de moment. poss. in rubr. numer. 35. Cæsi de Grass. dicta decis. 22. alias 2. numer. 5. de restit. in integr. & alibi nuncupatur, Interim. Rota in Trasonen. Decimarum coram Cardinali Marquemontio impressa apud Marches. de Commill. par. 1. fol. 1262. numer. 2. præcipue in Hispania: sic enim iudex interloquitur: Entre tanto que este pleito se vea, yo se determina definitivamente en perjuryo del derecho de las partes en posesion, y propiedad, ut attestatur Covarr. Practic. quest. cap. 17. in rubr. & numer. 2. Quibus idem verbis utuntur Neapolitani teste Capic. decis. 55. col. ult. & decis. 189. numer. 11. Ad quod bene facit dicto cap. Cùm venissent, ibi, possessione tenendum, donec, &c. de Institut. Non igitur mirum si in iudicio mantentionis sufficiat qualis qualis, levior, & imperfecta probatio etiam ex presumptionibus, ut didicim est.

29 Testes autem recepti sine citatione partis utriusque presumptionem faciunt, ut notat Bartol. post glossam in l. Res hereditarias, in princ. ff. de crim. expil. heredit. Dec. conf. 559. In casu venerabilis, numer. 8. & ex multorum sententia faciunt iudicium Alex. conf. 147. in princ. lib. 6. Aym. conf. 198. in fin. eamque pluribus tenet Dec. hic numer. 32. ubi addentes littera C. citant

30 multos concordantes: & saltem negari non potest quin faciunt adminiculum, ut per Bartol. in l. Admonendi, numer. 413. ff. de iurejur. & multoties censuit Rota Verall. decis. 206. numer. 6. lib. 2. Seraph. decis. 525. numer. 1. & in recent. decis. 342. n. 7. part. 1. & decis. 560. numer. 4. part. 2. & sæpe alias.

32 Et in terminis in hoc iudicio summariisimo testes sine citatione examinatos sufficere ad obtinendam mantentionem, consulerunt Roland. conf. 80. numer. 30. vol. 4. Cephal. conf. 117. in fin. vol. 1. Neviz. conf. 86. n. 7. & contraria opi-

nio potest procedere in iudicio plenario, non autem in hoc summariisimo, prout eam limitat, & declarat Marcard. de probat. conf. 1366. n. 9. vol. 3. & evidenter tenuit Domini de Rota in Bononiensi. Afflicus, 4. Iulij 1629. coram Cardinali Virili impressa apud Modernos, de mantentione decis. 269. n. 5. in hæc verba (Et licet testes sine citatione partis, tamen in hoc iudicio summariisimo mantentionis, in quo leviores probationes sufficiunt, & etiam unicus testis, videbatur admittendi.) Allegavit Neviz. Cephal. & Roland. loco citato.

33 Sed his non obstantibus contrariam opinionem puro veriore, & in praxi amplectendam nam est iudicio mantentionis fuit: probatio levior imperfecta, & qualis qualis secundum ea, que fusc dicta sunt supra a numer. 23. necessario tamen requiritur aliquis gradus probationis, vulg. §. Retinenda, Institut. de interd. & quidem ex stylo Rota probatio debet esse saltem semiplena, ex notatis in l. 1. in glossa in ver. Petitor, & ibi Raph. Cuman. C. Quorum bonor. Rota divers. decis. 196. numer. 6. part. 1. & decis. 373. numer. 1. lib. 3. part. 3. & in recent. decis. 147. numer. 1. & decis. 212. sub numer. 1. part. 2. Seraph. decis. 624. in fin. decis. 113. numer. 1. & decis. 1326. numer. 3. Cavalier. decis. 379. numer. 3. & de hoc stylo Palatini attestatur Put. decis. 61. lib. 3. & Boccac. de interd. uti possid. cap. 14. numer. 22. Idem firmant Cereus Sennor in l. Admonendi, numer. 323. vers. Secundo moventor ff. de iurejur. Alex. conf. 103. numer. 3. lib. 7. Dec. conf. 56. col. 2. Noviz. conf. 80. numer. 1. Plot. de in lit. jur. §. 3. n. 43. Menoch. de retinen. poss. remed. ult. n. 34.

34 Telles autem examinati sine citatione partis tantum abest, ut semiplenam probationem constituent, ut nec faciunt iudicium quantumcunque leve, ut evidenter probatur in hoc cap. in princ. ibi, nullum momentum. Pondera enim verbum, nullus, quod est univulsi negativum, & verbum momentum, quod excludit iudicium quantumvis modicum: & ita apertissime hic probatio affirmat Abbas numer. 14. & sequitur Arctus in princ. Felin. n. 3. & Communiter Doctores, Bart. in l. Maritus, numer. 3. in fin. ff. de quest. Alex. conf. 179. in causa, col. 3. l. b. 2. Dec. libi contrarius conf. 54. in causa, numer. 1. Paris. conf. 83. n. 13. lib. 1. Ruin. conf. 46. numer. 2. lib. 4. Socin. conf. 253. col. 2. in princ. lib. 2. Guidopap. decis. 231. late Riminal. Jun. conf. 213. numer. 34. eam sequitur Communem dicit Roland. à Valle conf. 12. numer. 36. lib. 3. & magis communem Botfart. conf. 20. n. 65. & alios quamplurimos citat Onded. 101. numer. 11. & veriorum dicit Crescent. decis. 264. alias 2. de testibus, Eamque ex professo amplectitur, & communem dicit Rota decis. 554. per totum part. 4. divers. Et quamvis faciunt adminiculum secundum unam opinionem, quam sequitur est Bartol. post glossam in l. Res hereditarias, ff. de crim. expil. heredit. & alii supra citati numer. 31. tamen adminicula sola non sufficiunt, quia non sunt probationes per se, sed auxilia probationum, ut inquit Bald. in cap. Cùm causam, numero 10. de probat. Cujus dictum sequitur etiam Rota decis. 18. numer. 3. part. 2. recent. Nec suffragatur, nisi præexistat aliquis gradus probationis, cui conjungi possint. Rota decis. 558. numer. 3. & decis. 768. numer. 1. part. 1. recent.

36 Consequens igitur est, ut ex attestacionibus receptis parte non citata nullatenus decerni possit a iudice mandatum de manutenendo; & ita interminis multoties resolvit Rota, & in specie in *Hebrion. Beneficij* 4. Decembris 1602. coram Cardinali Lancelotto impressa apud moder. in tract. mand. de manuten. decis. 4. per totam ubi Rota dedit manutenentem uni ex colitigantibus, qui probaverat possessionem instrumentalem de certo tempore, illamque denegavit adversario, quia testes, quos produxerat ad probandam suam anteriorem possessionem, fuerant nulliter examinati, & propterea etiam in illo iudicio manutenentis non erant habendi in consideracione. Idemque resolvit in *Veronen. Iurium Parochialium* 23. Martii 1629. coram Cardinali Virili impressa post dictum tractatum decis. 260. num. 1. & in *Hispalen. Primitiarum* 3. Martii 1622. coram Navarro post eundem tract. decis. 268. num. 2. & in *Leodiens. Beneficiorum* coram Cardinali Lancelotto apud Marschel. de *Comm. par. 1. fol. 999* & coram Gregori. XV. decis. 268. num. 2. & decis. 167. n. 7. par. 4. diversimodum. Idem in hac specie firmant *Ruin. conf. 28. n. 2. lib. 4.* Boccat. de interditi. uti possid. c. 1. n. 4. 4. Scacc. de appellat. cap. 2. q. 17. limit. 6. memb. 2. num. 28. circa fin. Cujac. contror. forens. contror. 1. 2. 4. n. 10. Ex quibus puro ab hac opinione in iudicando recedendum non esse precipue in Curia ob Rotæ auctoritatem, ad notata per Joann. Franci Pavini in *Praedict. Extravag. Ioan. XXII. col. 3. 5. Decisiones Rota.*

37 Non obstat præallegata decisio Rotæ in Bononien. Afflicto coram Cardin. Virili. Quoniam dixit in hoc iudicio manutenentis videri admittendos testes examinatos sine citatione partis, non tamquam probationes per se, sed tamquam adminicula. & auxilia probationum nam in casu illius decisionis præxistebat civilis possessio locatoris, quæ concurrentibus aliis adminiculis sufficientibus erat ad dandam illi manutenentem pro recuperanda possessione naturali iuxta decis. Seraph. 77. n. 6. cum aliis ibi allegatis. Et propterea Rota posteaquam dixit huiusmodi testes in casu illo videri admittendos, immediatè subiunxit rationem, quia testes etiam sine citatione faciunt adminiculum. Stat igitur conclusio, ut soli testes nulliter examinati ob defectum citationis, nisi præxistat aliquis gradus probationis, etiam ex sententia Rotæ in illa decisione, ad obtinendam manutenentem non sufficiant.

38 Ampliatur primò hæc conclusio ut procedat etiam in testibus examinatis ad perpetuam rei memoriam, qui deficiente citatione, similiter fidem non faciunt etiam in iudicio manutenentis, ut fuit decisum in Rota decis. 306. n. 20 & 21 part. 7. recent. Ratio est evidens, quia etiam in examine, quod fit ad perpetuam rei memoriam, necessaria est citatio partis, ut est casus in Auth. Sed & si quis: & ibi Bald. Salic. & omnes, C. de testibus & in cap. significavit, & gloss. ult. & Doctores in *fra. cod. Rota in recent. decis. 530. num. 2. par. 3. & decis. 437. num. 8. par. 4.* Unde si testes post litem contestatam examinati in manutenentione non sufficiunt deficiente citatione, ut superius firmatum est; Longè minus sufficere debent recepti sine citatione partis ante litem con-

testationem ad perpetuam rei memoriam, cum tales recipiantur ab eo, qui futurus est iudex causæ principalis contra juris regulas & ex quadam indulgentia ne pereant probationes ubi timor est mortis, vel absentie ut cap. *Quoniam frequenter, ut litem non eo. test.* Socin. Jun. conf. 86. n. 14. libro 2. Rimini. Jun. conf. 213. n. 106. lib. 2. Regulariter enim testes recepti ante litem contestationem non probant, ut in d. cap. *Quoniam frequenter, in princ.* imò nec faciunt indicium, & pari passu ambulant cum testibus examinatis parte non citata, ut notat Bart. in l. *Martius, n. 3. in fin. ff. de questio.* Non igitur mirum si concurrente etiam citationis defectu nullam fidem faciant.

40 Ampliatur secundò, ut procedat etiam in testibus receptis citato procuratore non habente mandatum, vel minus sufficienti, quia defectus mandati includit etiam in se defectum citationis quoad ipsum principalem, Unde processum cum falso procuratore, principali aliter non vocato etiam ex defectu citationis impugnari potest, ut probat Vancius de nullitate ex defectu in *ba. vel mand. num. 61.* Idemque processus, & omnia inde sequuta sunt ipso iure nulla, l. *Licet, C. de procur. cap. in nostra, vers. Attendentes etiam, eodem tit. cap. Licet, de appell. lib. 6.* Joan. de Anan. conf. 104. num. 2. Rota coram Gregori. XV. decis. 264. num. 1. Imò defectus huiusmodi sicut citationis, & jurisdictionis dicitur magnus, & à Signatura Papæ sanari non solet, neque ex stylo Rotæ etiam refectis expensis, ut attestatur Sarneti, in *compen. utriusque Signat. num. 72.* Unde quemadmodum testes recepti in iudicio manutenentis non sufficiunt, si pars nullo modo citata fuerit, ita nec sufficienti si fuerit citatus falsus procurator, per prædicta.

44 Ampliatur tertio, ut locum habeat etiam in testibus examinatis coram iudice incompetenti, quia nec ipsi in hoc iudicio manutenentis sufficiunt, ut resolvit Rota coram Cardin. Mantica decis. 199. num. 1. præsertim si cum defectu jurisdictionis alii quoque defectus concurrant, puta citationis, & juramenti. Quo casu nec ullum faciunt adminiculum, ut dixit Rota decis. 129. num. 17. par. 7. recent. allegando Abb. hic num. 14. Creicen. decis. 2. de testibus, & Olach. decis. 69. n. 18.

46 Ampliatur quarto, ut procedat in testibus ex quovis capite nulliter examinatis, veluti in testibus examinatis sine juramento, quia testes non jurati, & recepti sine citatione partis æquiparantur, ut notat Bald. in Auth. *Hodie, in princ. C. de iuram. calumniæ* & post eum Dec. hic n. 32. & ita indefinitè ex testibus nulliter receptis non esse concedendam manutenentem, firmavit Rota in *praedict. Hebrion. Beneficij* coram Cardinali Lancelotto, de qua supra, num. 36.

47 Sed contra, quia etiam hoc fit verum in terminis juris communis, & Rota id generaliter dixerit; tamen hodie restringi debet ad tres nullitates memoratas, videlicet citationis, jurisdictionis, & mandati: alias enim nullitates iudices attendere non debent, sed illis rejectis tenentur ad causarum expeditionem procedere, & ita in Tribunali Rotæ servari iussit Pius IV. in sua Constitutione, incipiens *In throno*, §. 13. in Bullar. num. 2. pag. 59. & hoc ipsum postea idem Pontifex

sex sanxit quoad omnia urbis tribunalia, ut in alia Constitutione, quæ incipit, *Cum ab ipso*, §. 13. eodem modo pag. 20. Quam quidem Constitutionem Clemens VIII. tandem extendit ad quoscunque iudices Ordinarios, & Delegatos citacionis Ecclesiasticæ, ut in Constitutione incip. *Litium diffendit* in Bullar. tom. 7. pag. 23.

48 In gloss. *Inevitabili*, QUÆRO, an valeat receptio testium, si citatus ob inevitabilem necessitatem comparere non potuit. In hoc articulo tres sunt Doctorum opiniones. Prima opinio est glossæ nostræ in ver. *Inevitabili*, quæ absolutè tenet receptionem non valere, quia ex iusta causa detentus, non potest dici contumax; & ideo attestaciones contra ipsum absentem non sufficientur, necessitate postea probata, l. *Si prior, ff. de iudic. l. Si finit, §. Si forte, ff. de damn. infecti*; notatur in cap. *Chm Bertoldus*, §. *Post modum, infra de re iudic.* & cum glossa consentiunt hic Abb. Antiqui; in fin. Hostien. num. 4. in ver. *Necessitate*, Butr. num. 14. Abb. num. 11. ver. *Adverte*, & num. sequ. Sed & si antea constaret legitimum impedimento, testes non essent recipiendi, l. *Si quando, C. de testibus*, secundum Hostien. loco citato.

50 Quinimò si iudex noverit inevitabile impedimentum citati, examen est ipso iure nullum, ut hic firmant Bald. in 3. notab. Butr. num. 14. Imola num. 6. in gloss. *Inevitabili*, Abb. num. 12. & Felin. num. 18. per textum cum glossa in l. *Quæstum, ff. de re iudic.* qui non reperitur alibi secundum Joann. de Imola, ubi patet impedimentum infirmitatis non levis notum iudici reddere sententiam ipso iure nullam: & idem dicendum de aliis impedimentis, ut notat Bart. in l. 2. §. *fin. num. 3. ff. de castro. reor.* & in Extravag. *Ad exprimendum, in ver. Neglexerit*, & in l. 2. num. 8. §. *de in iur. vocan.* Butr. & Imola in cap. *Querelam, supra de Procur.* & hinc collige scientiam iudicis de legitimo impedimento nullam reddere sententiam non tantum dissimulavit, ut in locis proximè citatis, sed etiam interlocutoriam, qualis est hæc, videlicet receptio testium, secundum Felin. d. num. 18. ver. *Et ex hoc dicto.*

51 Secunda opinio est Joan. Andr. hic n. 10. qui tenet testium receptionem non esse funditus nullam, ex quo præcessit citatio, sed non valere quoad hoc quin possit abfens in personas testium obijcere, sicut potuisset si fuisset præfens; & sic audietur ad opponendum etiam ultra casus exceptos in cap. *Præsumitur, infra eodem*, ut remittit ad notata per eum in cap. *Præsumitur, de regul. iur. lib. 8. in Mercurial. in sine questionis*, ubi post multa concludit citatum personaliter, qui venit non potuit ad opponendum contra personas testium relinquentium esse ad facultatem opponendi ea, quæ tunc opponere potuisset, etiam si non præcessit proelictio iuxta formam dict. cap. *Præsumitur*, & idem concludit in citato ad domum, qui non comparuit allegans se citationem ignorasse: audietur enim ad opponendum in personas testium, licet non servaverit formam prædictæ Decretalis *Præsumitur*, sicut auditus contumax appellans, leg. *Ab eo, C. quomodo, & quando iudex*; & notatur in Clem. unic. *de dolo, & contumacia*, & cum Joan. Andr. simpliciter transit Card. hic num. 7. Sed hanc opinionem in citato personaliter, & inevitabili neces-

sitate detento resellunt Doctores crebriori calculo, maxime Butr. num. 14. & plenius Abb. n. 11. ver. *Adverte*. Tum per hanc litteram, à contrario sensu sibi, si nunc inevitabilis necessitate, quæ verba aperitissime ostendunt attestaciones non valere quando adesse non potuit ex inevitabili necessitate, ut dixi supra in 3. notab. Tum quia regula est, quod gesta contra absentem legitime impeditum sunt nulla, vel retractanda consilio de impedimento, ut cap. *Cum Bertoldus, de re iudic.* & l. 4. §. *Si forte, ff. de damn. infecti.* & cap. *Querelam, de Procur.* Tum demique quia per restitutionem ad opponendum in personas testium non est sufficienter consultum indemnitati absentis iusto impedimento detenti, cum potuerit ab initio illos repellere ex toto, ut non subirentur examini, secundum ea, quæ notantur in cap. *Ex parte Ada*, & in cap. *Cum causam, infra eodem*, & examen illud facit saltem indicium, cum præcesserit citatio, ut notat Bart. in l. *Martius, num. 3. ff. de questio.* & poruliter etiam dare interrogatoria uti melius informatus, quam iudex unde totale interesse meretur totalem restitutionem secundum eos, cum quibus etiam transit Felin. hic n. 19.

53 Facientur tamen prædicti veram esse opinionem Joan. Andr. in secundo casu, ut scilicet citatus ad domum in illis casibus, in quibus citatio huiusmodi fieri potuit, sit relinquentis ad opponendum contra personas testium si dicat se citationem ignorasse; quia & si attestaciones ipso iure valeant, cum citatio legitime præcesserit; succurrendum est tamen illi ope restitutionis in integrum, cum non sit verus contumax, secundum prædicta.

54 Tertia opinio est Abb. hic num. 12. ver. *Vide dicerem*, qui distinguit, ut iudex sciebat impedimentum citati: & receptio testium est ipso iure nulla, ut l. *Quæstum, ff. de re iudic.* cap. *Si duobus, de appellat.* & notatur in cap. *Querelam, de Procur.* & in hoc casu procedat prima opinio glossæ, & sequacium. Aut iudex ignorabat impedimentum: & talis receptio mero iure sustinetur, sed est retractanda saltem ope restitutionis, si hoc pars postulaverit, & de impedimento docuerit, ut notatur in dicto cap. *Querelam*, & in d. l. *Quæstum*, maxime ubi testes possunt ex integro examinari, argum. textus in cap. *Præsumitur*, & cap. *Cum causam, supra eod.* & videtur satis æqua distinctio, & fuit originaliter Bart. in d. l. 1. num. 8. §. *de in iur. vocan.* ubi tenet processum esse nullum ipso iure, si citatus erat constitutus in carcere, & iudex hoc sciebat; sed si ignorabat, necessariam esse restitutionem, per id, quod legitur, & notatur in dict. l. *Quæstum*, & consentit Bald. hic num. 12.

55 Adverte tamen, quia impeditus ex inevitabili necessitate citari debet ut saltem compareat per procuratorem, nisi esset causa nimis gravis, ut cap. *Querelam, supra de Procur.* & notatur in l. *Veritas, ff. de minor.* secundum Innoc. hic num. 2. in ver. *Inevitabili*, Host. & Joan. Andr. num. 4. & Bellam. in princ. in ver. *Inevitabili*: licet Arcem. contra in §. notab. & est simile in Episcopo, qui tenetur per seipsum statim temporibus luminis visitare, ut in cap. *Ego, n. infra de iurejur.* Nam quandoque contingunt impedimenta, quæ eum excusant à personali vifitatione tantum, non autem

autem a visitatione per certum nuncium, ut in nomine Joann. de Fan. & Pexpol. post eum in cap. Iuxta, ad fin. 23. distinet & scriptis plenius in d. cap. Ego N. num. 2.

DE TESTIBVS, & Attestationibus.

Cap. Intimavit.

S V M M A R I V M.

- 1 Testificari compellitur, qui juravit testimonium non dicere, si attestaciones publicae non sunt, nec renunciatum testibus. & n. 8.
- 2 Juramentum temerarium an, & quando repellat a testimonio. & num. seq. usque ad num. 8.
- 3 Testis in odium illius, qui cum juramento asseruit ad non deponendum, testificari compellitur, etiamsi per se verum in crimine, & veritas per alium probari possit. & num. 7.
- 4 Sed contra alium non admittitur, nisi ponitur, & num. 7.
- 5 Perjurus repellitur a testimonio etiam post peractam penitentiam.
- 6 Quod procedit in perjurio stricti sumpto, non autem in eo, qui temere juravit, qui large tantum per jurum dicitur.
- 7 Testes publicae attestacionibus ulterius producendi non sunt.
- 8 Nisi per viam restitutionis in integrum.
- 10 Subtrahens adversario copiam probationum ad habeatur pro convicto, & causam perdat.
- 11 Testis subtrahens ab adversario haberat pro producto, perinde ac si contra eum deposuisset. & num. seq.
- 12 Instrumentum si alicui subtrahatur fuerit, statim illius juramento, vel et arbitrio boni viri juramentum deseratur.

INTIMAVIT. Qui juravit testimonium non dicere, nec auxilium, nec consilium praebere, testificari compellitur, si attestaciones publicae non sunt, nec est renunciatum testibus productis. Hoc dicit, Baldus, in prima ponitur partis querela. In secunda Papae provisio, ibi, Ideoque.

2 Nota primò ibi, Qui sunt juramento adstricti. Testem, qui temerarium praestitit juramentum, à testimonio non repellit, prout hic notat glossa post figuracionem casus, ut in ver. Juramento, & Bald. num. 2. Verum Innocent. in cap. Constitutus, si primo, in princ. infra eodem, tenet hoc procedere in odium accusati, qui juramentum extorsit: creditur enim ad veritatem celandam hoc procurasse, vel saltem ab aliis procuratum esse de illius voluntate, secundum terminos d. cap. Constitutus: alius verò temerarium perjurium non repellit a testimonio, cap. Quatuor, l. 1. q. 3. l. eum qui, ff. de iur. Idem firmant in d. cap. Constitutus, Host. num. 1. & Butr. num. 6. quia licet in criminalibus testes non compellantur, cap. 2. etiam infra de testibus cogen, & ideo juramen-

tum de testimonio non prohibendo videatur habere fomentum juris: tamen cum testis liberum sit testificari si voluerit, malum est, & contra bonos mores, & contra jus publicum hanc sibi facultatem adimere, & se iurejurando contringere ad testimonium non ferendum, d. cap. Quatuor, & cap. 1. de crim. fals.

3 Sed Abbas in d. cap. Constitutus, n. 4. & Felin. hic n. 7. sic distinguunt, & bene, videlicet, An testis producitur contra partem, quae illum juramento seduxit ad non testificandum: aut producitur contra alium. Primo casum odium extorquentis illicitum juramentum admittitur testis ad deponendum etiam in crimine perseveret: & in hoc primo membro conveniunt Innoc. & omnes, qui si reus excipiat de crimine perjuri, seu temerarii juramenti, competenti productione explicatio de paritate criminis contra eum, qui fuit in causa, & dolo inducendo testem ad temere jurandum, ut cap. penult. & cap. final. infra de adulter. Quinimò hoc casum non tantum admittitur testis, sed etiam compellitur, ut hic patet in fin. etiam veritas per alios probari possit, ut contra Butr. & nonnullos antiquos bene deducit Felin. hic n. 1. respondens ad verba hujus textus, si necesse fuerit.

In secundo autem casu subdistingue: nam aut testis adhuc perseverat in suo temerario juramento, & non debet contra alium admitti, quia perseverat in crimine, cap. Testimonium, infra eod. Aut est emendatus, & hoc casu post peractam penitentiam admitti potest ad testificandum, etiam contra alium, quia hujusmodi crimen non est publicum, sed de gravioribus, ut colligitur ex textu, & glossa in cap. Qui Sacramento, 22. quest. 4. & non omne crimen repellit a testimonio, ut in dicto cap. Testimonium.

5 Et hinc collige notabilem limitationem ad Regulam, quae habet, perjurum inditendè etiam post penitentiam peractam repellit a testimonio, ut in praedicta Decretali Testimonium, & ibi glossa in ver. Perjurum. Procedit enim in perjurio strictè, & propriè sumpto, id est in eo, qui falsum juravit, ut in cap. Homines, 22. q. 2. Aut venit contra licitum juramentum, juxta cap. Quereiam, de iurejur. non autem in illo, qui juravit temerè; quia licet talis etiam dicatur perjurus, ut cap. Sicut nostris, de elect. cap. Si aliquid, in fin. & per totam, 22. q. 4. tamen non est perjurus strictè, & propriè, sed large ut dicit, cap. Sicut, & hic notat Felin. num. 8. quae limitatio est ex mente glossae in cap. Venerabilem, in ver. Perjurum, supra de elect. quae notabiliter declarat Regulam, quòd perjurus repellatur a testimonio, ut non procedat in perjurio, qui temerè juravit, juxta textum in dicto cap. Sicut nostris: & ibi similis glossa in ver. In causa, eandem distinctionem originaliter posuit Hostien. in d. cap. Testimonium, num. 9. infra eodem: ubi concludit temerarium juramentum nunquam repellere a testimonio contra eum, qui juramentum extorsit: sed contra alium ita demum repellere si juramentum non penituit: alius verò juramentum temerarium a testimonio non repellit, sicut nec à dignitate: & subdicit communiter DD. sentire: & eum sequitur Abbas ibidem, num. 3. post medium, vers. Et tunc opinionem, & hoc teneas.

DE TESTIBVS.

Cap. Licet universis.

S V M M A R I V M.

8 Secundo nota, si testimonium eorum publicatum non est. A contrario sensu post publicatas attestaciones, illicita testificata testes non esse ulterius producendos, ut hic, & in cap. Constitutus, si secundo, vers. Com materia, & in cap. Per totam, supra eodem. Glossa hic in ver. Eorum, & in 9 Clem. 2. in ver. Producere, de testibus. Sed hoc limitant hic Innoc. Host. Joan. Andr. Bald. Butr. & communiter DD. nisi per viam restitutionis in integrum ex clausula generali, si qua mihi iusta causa esse videbitur, de qua in l. 1. ff. Ex quibus causis majores, quia per ipsam sicciturus publicationi, ac renunciationi, praesertim praestito juramento, quòd hoc malitiosè non peratur, ut hic per eos, quòd latius persequitur Felin. n. 2.

10 Ultimò nota ibi, Testimonium recipere non possunt. Eum, qui subtrahit adversario copiam probationum, non haberi pro convicto, nec causam perdere, & ita ad hoc ponderat hunc text. Bal. num. 2. nam si perderet causam, non esset opus iterum testes examinari, cujus contrarium hic itatur; licet fateatur contra subtrahentem orti perjurum putionem, quia conatur veritatem celare: subdendos hoc esse bene notandum: & eum sequitur Felin. hic circa finem, vers. Ultimo dicit. Idem voluit glossa ult. in l. Providendum, C. de postulan. & fuit opinio Vincentii, & Philippi in cap. Pervenit, il primo, infra eodem, quam dicit communem Felin. in cap. Cum venerabilis, num. 2. l. de except. & Boer. alios citans de vis. 292. num. 3.

11 Sed oppositum è diametro tenuit hic Innoc. in princ. per textum in dicto cap. Pervenit, ubi idem tenet Hostien. num. 1. in ver. Ostendit, infra de testibus cogen. & per S. Tria, 3. quest. 7. & hoc sequitur Bart. in d. l. Providendum, in antiqua lectura, in fin. & Angel. in l. 1. §. Si reus, ff. de eo, per quem factum erit. Et fuit opinio glossae ultima in dicto cap. Pervenit, dum dixit, testem ab adversario subtrahendum haberi pro producto, perinde ac si contra eum deposuisset. Et eum sequitur ibi Cardin. num. 2. & 3. ea ratione, quia sicut credendum est juramento illius, qui volebat producere instrumentum ei subtrahendum, vel deferendum est illi juramentum arbitrio boni viri. Si quando, C. Vnde vi, l. Si de possessione, & ibi Cyn. C. de probat. cap. final. quòd metus caus. Eodem modo credendum est illi, cui testes subtrahiti sunt, vel deferendum est ei juramentum, quali testis habeatur pro producto, secundum eum.

Tu verò pro concordia opinionum distingue, ut plenè scripsi in quaestione facti in dicto cap. Pervenit, à num. 10. usque ad num. 23. & praecipue num. 19. infra eodem.



Judaei nil potest probare minus, quam per duos testes fideles, & honestos si agat contra Christianum. & n. 13.

2 Testes in multis causis plures quam duo requiruntur, sed nunquam sufficit unus. & num. 41 & 13.

3 Iudaei testimonium contra Christianum non admittitur.

4 Testes ultra duos in multis casibus sunt necessarii, sed in nullo casu ultra tres, si habeant qualitates à jure requisitas, & explicatur lex Divina, in ore duorum, &c. & n. 7.

5 Leges civiles requirentes maiorem numerum, quam duorum vel trium testium valent, & censentur approbatae à Canone. Contra, num. 7. & num. 9.

6 Principi laicis ex magna causa potest statueri contra praecipua morali affirmativa, vel saltem judicialia. Contrarium, num. 11.

8 Testes tres in multis casibus requiruntur.

10 Ecclesia potestas non extenditur ad peccatum.

12 Lex civilis, quae in d. portio requirit septem testes, non valet ex defectu potestatis.

13 Testis unus quae vix legitime non probat.

14 Quod locum habet in omnibus causis tam propheticis, quam spiritalibus.

15 Testimonia unus creditur ubi de nullius praedictio agitur, puta an aliquis sit baptizatus, an Ecclesia sit consecrata.

Idem si agatur de modico praedictio, n. 17.

Idem in pluribus aliis casibus, remissive, num. 19.

16 Clericatus potest probari per unum testem.

18 Testis unus sufficit ad probandam possessionem in iudicio manutentionis.

20 Testis unus in iudicio praesumptiohem inducit.

LICET UNIVERSIS. Judaei nil potest probare minus, quam per duos testes fideles, & honestos. Hoc dicit Joan. And. Bellamer. Butr. Cardin. Anchar. Imol. & Joan. de Anan. vel generalibus secundum Bal. & Felin. neque Judaei, neque Christiani fundat probationem ad decisionem causae per unum testem tantum; quia licet aliquando requirantur plures, nunquam sufficit unus.

3 Nota primò, Judaei si agat contra Christianum, nihil probare posse per minorem numerum, quam duorum testium probatae vitae, & laudabilis conversationis, ut hic est casus secundum Aretin. & alios. Non ergo admittitur testimonium Judaei, vel criminosis, cap. Si hereticus, cap. Non potest, & cap. Paganus, 2. quest. 7. cap. Iudaei, supra eod. & infra cap. Proximo, & cap. Testimonium: & hic notant glossa. 2. Host. num. 1. vers. Fidelis conversationis, & plerique alii.

4 Secundo nota multas esse causas, quae plures quam duos exigunt testes, sed nullam esse causam, quae unus testimonio, quamvis legitimo terminari possit, ut dicitur in littera, & sic auctoritas Divinae Scripturae legis: *In ore duorum, vel trium fiat omne verbum.* Deuteron. 17. & 19. Matthaei 18. Joann. 8. exponi debet, id est non pauciorum, secundum glossam hic in verbo *Duorum*. Holt. num. 3. & sic auctoritas Divina non excludit, qui possint esse plures, similis glossa habetur in *Summa* 2. quae. 4. Quinimo ex hac littera colligitur idem Bald. num. 3. *vers. in text. ibi*, Aretin. num. 6. in 4. notab. & Felin. num. 1. *post med. vers. nota secundum Bald.* valere leges civiles requirentes majorem numerum, quam duorum, vel trium testium, & censeri approbatas à Canone. Et ex hoc inferunt Aretin. & Felin. ut Princeps secularis ex magna causa possit latere contra praecepta moralia affirmativa, vel saltem judicialia condendo legem.

7 Sed salva reverentia tantorum Patrum, verius videtur auctoritatem illam, in ore duorum, vel trium, &c. esse referendam non modo ad majorem numerum, quam duorum, sed etiam ad majorem, quam trium, ita ut aequè repugnet Juri Divino, ut unicuique testis sufficiat, atque ut requirantur plures quam tres, ut probat irrefragabiliter text. in cap. *Cum esset infra de testam.* nobilesque humanae requirentes numerum septem, vel quinque testium in ultimis voluntatibus dicuntur esse contra legem Divinam, quia scriptum est, *In ore duorum, vel trium, &c.* & sic auctoritas illa aperte intelligitur etiam de excessu ultra numerum trium. Nec refragatur haec Decretalis, quia non dicit dari causas, quae plures, quam tres exigant testes (hoc enim esset manifeste contra Jus Divinum) sed dicit dari causas, quae plures exigunt quam duos, quod non repugnat legi Divinae, quia Divina lex non dicit praevisse, in ore duorum, &c. Sed alternativè *duorum, vel trium*, & sic relinquit legi humanae determinandum quantum non sufficiant duo, sed requirantur tres; ideoque lex humana tam Ecclesiastica, quam secularis providè ordinavit in multis calidis duos testes non sufficere, sed necessario tres esse adhibendos, ut patet in dicto cap. *Cum esset, de testam.* ubi in testamento ad non pias causas non sufficiunt duo testes, sed ultra eos requiruntur etiam praesentia Presbyteri Parochialis. Idem patet in deposito pecuniae, vel alterius rei excedentis libram auri, in quo tres testes requiruntur, ut in Auth. de Instrum. caur. & fid. §. *Si quis agit*, & in Auth. *Si quis vult*, C. qui potior, in pignori habeant. Speculat. in tit. de teste, §. *Refert*, nota, §. *vers.* Item in pecunia depositione. Idem in confessione inventarii, ubi similiter non sufficiunt duo testes, sed requiruntur tres, ut in Auth. de hered. & Falcid. §. *Si verò absent*, & §. *Sancimus*, l. *Sancimus*, §. *Si verò dubius*, C. de iure deliber. Speculat. ubi supra num. 5. *vers.* Item in inventarii confessione, & in aliis casibus ibi per eum relatis, & per Farmac. in prax. criminali, quae. 63. cap. 5. *per per tot.* At nullus omnium datur catus, in quo tres testes non sufficiant, dummodo sint omni exceptione majores, vel habeant qualitates à jure requisitas: Ideoque non obstat cap. *Presul*, 2. quae. 4. ubi ad condemnandum Cardinalem

Episcopum requiruntur viginti septem testes, quoniam ille textus intelligendus est ubi testes sunt suspecti, ut dicit ibi Gratian. in §. *Holt. hic num. 3.* & Joann. Andr. num. 4. *vers. In glossa tertia*, Roman. singulari. 207. in fin. Abbas in cap. *Per suas in fin. de major. & obedient.* vel certe dispolio d. cap. *Presul*, *in fin.* de iuris rigore, qui non est servandus secundum Holtiens. & 9 Joann. Andr. ubi supra. Item non obstat quod secundum leges in testamentis de jure civili requirantur septem testes, & in codicillis, & donationibus causa mortis requirantur quinque, ut hic in glossa, in verbo *Quaedam*. Quoniam hujusmodi leges tanquam adversantes Juri Divino, & naturali, ac nutrientes peccatum declarantur irrationabiles in dicto cap. *Cum esset, de testam.* ut ibi dixi in quae. de coe. a num. 4. usque ad num. 142. Unde patet verum non esse quod dicunt Bald. Aretin. & Felin. leges civiles, de numero septem testium esse approbatas à Canone, id est in hoc cap. Imò enim fuit improbatæ in dicto cap. *Cum esset*, & cum foveat peccatum, approbati non potuerunt, quia potestas Ecclesiae non extenditur ad peccatum. cap. 1. 40. *distinct.* cap. *Scripti*, ibi. & ideo per nos fieri nullatenus potest, ne peccatum, &c. 7. quae. 1. & in his terminis tradit Abb. in dicto cap. *Cum esset*, num. 30. Nec eis suffragatur hoc cap. Quia loquitur de testibus ultra duos, sed non ultra tres, ut ostensum est supra num. 7. & sic non respondit tacite objectioni, quae posset fieri de testamentis, & codicillis. Quomodo modum nec verum est quod Aretin. & Felin. affirmant de potestate Principis statuendi contra praecepta moralia affirmativa, aut saltem judicialia. Imò enim praecepta moralia cum sint juris naturalis, immutabilia sunt, §. *Hic itaq.*, & ibi glossa. l. 6. *dist.* S. Thomas in 4. sent. dist. 2. quae. 1. art. 4. quae. 1. ad 2. Praecepta vero judicialia non est opus ut tollantur tanto Principi, quia sunt evacuata per Adventum Christi; & quavis non sint mortifera, sunt tamen mortua, ut idem docet in 1. 2. quae. 103. art. 4. & quae. 104. art. 3. Minus obstat text. in l. *Nullam*, ff. de divor. ubi in divorcio septem requiruntur testes: & notat speculat. in d. tit. de teste, §. *Refert*, num. 6. in fin. *vers.* Item in divorcio, Nell. de testibus, num. 84. *vers.* In divorcio. Etenim divorcii causa spiritualis sit, & ad Ecclesiam pertinens, cap. *Multorum*, 3. quae. 5. cap. 1. in fin. de consanguin. & affinitat. cap. *Accedentibus*, de excessibus Praetator. cap. *Aditus*, de praescription. Concil. Tridentin. sess. 24. de Sacram. Matrim. Can. ult. Illa lex ponit falcem in membra alienam, nec valet ex defectu potestatis, secundum communes theoricas Doctorum in cap. primo, infra de novi oper. nunciat. & in cap. *Ecclesia sanctae Mariae*, supra de Constitut. haec de prima parte textus.

13 Quo verò ad secundam partem ponitur regula universalis negativa, videlicet, nullam esse causam, quae unus testimonio quamvis legitimo terminetur: & de hac praecipue loquitur Divinae legis auctoritas secundum illud Deuteron. 19. *Non stabit testis unus contra aliquem, quicquid illud peccati, & facinorosi fuerit*; sed in ore duorum, aut trium stabit omne verbum, concordat cap. *Admonere*, ibi. (Quoniam nec illa Divina, humanaeque lex unus testimonio etiam

etiam idoneo quempiam condemnat, vel justificat) 33. quae. 2. cap. in omni, & cap. *Veniens*, supra eodem. Imò vox unus vox nullius, ut dicitur in l. *Iuris jurando*, C. de testibus. Specul. in tit. de teste, d. §. *Refert*, num. 7. Roman. singulari. 672. incip. *Dictum unius*, Marfil. singulari. 47. incip. *Tertia*, & vulgata: & locum habet haec regula in omnibus causis tam prophanis, quam spiritualibus, ut notat Abbas in cap. *Cum dilectus*, num. 4. de success. ab intestat. Anton. de Butr. in dicto cap. in omni, num. 7. & in dicto cap. *Veniens*, num. 4. plenè Tiraquell. de rebu exig. in princ. *vers.* Secunda ratio est.

15 Ceterum glossa. 3. hic notabiliter declarat propolitam regulam, ut locum sibi vendicat in alterius praedictio, in quibus terminis loquitur lex Divina ubi supra, & Deuteron. 17. ibi, *Nemo occidatur contra eum uno testimonio alicui*: & jura superius citata. Secus verò ubi de nullius praedictio agitur, quia in his creditur testimonio unius, puta utrum aliquis sit baptizatus, cap. *Parrulos*, & cap. *Cum itaque*, de consecrat. distinct. 4. An ecclesia sit consecrata, cap. *Solemnitates*, & ibi glossa in verb. *Nec certi testes*, de consecrat. distinct. 1. Speculat. in tit. de teste, §. *Refert*, num. 8. *vers.* Nono, glossa final. in cap. *Nuper*, & ibi etiam Bald. num. 40. *infra eod.* Et idem Baldus hic num. 4. qui ex hoc infert Clericatum posse probari per unum testem, quia talis actus de se, & sui natura nemini praedictat. Sequitur Felin. num. 1. in fin. *Covarr. practice*, quae. cap. 33. n. 3. Et idem est si agatur de modico praedictio. Aymon. cons. 122. *Valer*, num. 1. §. *vers.* *Alibi scribit*, Anton. Gabriel. commun. consil. in tit. de testibus, consil. 2. n. 7. & hinc est, ut possessio in judicio manentis per unum testem sufficienter probetur. Grat. cons. 110. n. 8. lib. 2. Seraph. dec. 1326. n. 1. *Rotam* in reu. de test. §. 1. n. 8. *art. 1.* & *de test.* §. 1. n. 1. §. *par. 6.* Et praedictis adde Speculat. in d. tit. de teste, §. *Refert*, a n. 8. ubi ad propolitam regulam, quod testis unus non probet, ponit §. *limitat.* n. 12. concludit praemissos casus esse speciales, & sepe uni fidem adhiberi extra judicium, puta ubi de nullius praedictio 20 agitur. In judicio verò praesumptionem inducere ad hoc habes jura hic allegata in glossa.

Dummodo habeat causam continuam, seu successivam: scilicet si delictum sit momentaneum. n. 8.

7 Domestici praesumentur non facere nisi quod placet majori sui.

9 Hac tamen praesumptio admittit probationem in contrarium.

1 CONSTITUTIS, il primo, Excommunicari possunt qui partem impediunt in testibus producendis. Hoc primo, & denunciandi sunt testes non teneri juramento de veritate tacenda. Hoc secundo, & si consanguinei impediunt testes a tortis, puniunt reus, de cujus voluntate hoc fieri praesumitur. Hoc dicit tertio secundum Joann. Andr. & alios post eum. Secunda pars ibi, *Illor.* Tertia ibi, *Si quis autem*.

3 Nota primo, ibi, *Juramento hujusmodi non teneri*, juramentum de testimonio contra aliquem non perhibendo non esse obligatorium, & denunciandum esse testem hujusmodi juramento minime teneri. Butr. hic in 2. notab. Abbas num. 2. Joann. Andr. & omnes in *Sum. m. textus*: & ita hic est casus apertus contra opinionem Laurentii, qui dicebat testem jurejurando adstrictum a parte ad non testificandum contra ipsam, teneri juramentum suum servare. nec esse cogendum deponere super negotio principali, sed tantummodo super coactione, ut notatur in cap. *Pervenit*, il primo, in glossa in verb. *Commocum*, infra de testibus cogen. Sed hoc expressè reprobat hic & concordat cap. *Intra vit.* supra eodem, & cap. *Olim*, ubi de hoc, infra de accusat. Ratio est, quia licet in criminalibus testes non compellantur, cap. *Dilectum*, & ibi glossa magna, & DD. de test. cogen. tamen non possunt se juramento adstringere ad testimonium non ferendum, secundum Abb. hic num. 1 hujusmodi enim juramentum est illicitum, & temerarium, nec servari potest sine interitu salutis aeternae, quia in judiciis veritatem occultare est culpa lethalis, cap. *Quinquies*, l. 1. quae. 3. cap. 1. infra de crimin. falsi. & Republicae interest peccata nocentium esse nota. l. *Eum qui*, ff. de injur. cap. *Ve fame*, de sentent. excommuni. quas rationes adducit glossa ult. in dicto cap. *Intra vit.* supra eodem, & in dicto cap. *Olim*, in ver. de tacenda veritate. Item glossa hic in ver. *Non teneri*, Holt. num. 1. Abb. d. n. 2. & idem Abb. in d. cap. *Pervenit*, in 1. notab. de test. cogen. & Felin. in d. c. *Intra vit.* in 1. not. supra eod.

DE TESTIBVS, & Attestationibus.

Cap. Constitutis, il primo.

S Y M M A R I V M.

- 1 Testibus producendum partem impediens excommunicari possunt.
- 2 Consanguinei si impediunt testes a tortis puniunt reus, de cujus voluntate hoc fieri praesumitur. & n. 5.
- 3 Juramentum de non testificando contra aliquem, non est obligatorium. & cur. & n. seq.
- 4 Veritatem in judiciis occultare est mortale peccatum.
- 5 Delictum consanguinei amici, vel famuli praesumitur commissum de voluntate istius, in casu commodum resultat.

tane gloss. in ver. Verisimile, Hostien. num. 4. Butr. in 3. notab. Anchar. num. 5. & Abb. in yltim. notabili. Nam ut inquit Baldus num. 2. prælumitur quod illi de domo non faciant nisi illud, quod placet majori ipsorum. Verum Abbas his num. 2. hoc intelligit, & bene, dummodo impedimentum, & delictum habeat causam continentem seu successivam, prout in casu hujus Decretalis; sed verò si delictum sit momentaneum: & ita intelligit cap. Quia præsultatus, l. 9. 4. & hanc declarationem Abbas sequitur Barboza in l. Si mora, n. 2. ff. solut. matrim.

9. Hæc tamen præsumptio, quæ resultat ex delicto domesticum, non est juris, & de jure, sed juris tantum, ideo admittit probationem in contrarium, ut hic notat gloss. in ver. Verisimile, & Bald. num. 2.

In textu ibi, Iniquam ostendant se causam fore. An subrahens adventario copiam probationum perdat litem, & habeatur pro convicto, & qua pœna pro subrahente ipsa sit puniendus, scriptum est in questione facti in dicto cap. Veritas in terra quest. de testibus eogen. ubi plene videas.

DE TESTIBVS.

Cap. Presentata.

S V M M A R I V M.

1. In delicto expirat, si iudex recedat a loco, in quo debet iudicare, & transferat se ad locum, in quo tenetur residere, & n. 6. & 11.
2. Collatio beneficii facta a Vicario Episcopali postquam a ducesse suberat Vicarius, abscessit, & ad locum sui Canonatus se contulit, an valeat, & nam sequitur, in fin.
3. Domicilium ut contrahatur, requiritur animus perpetuo habitandi.
4. Animus perpetuo habitandi quando præsumatur.
5. Domicilium translatio ex quibus probetur.
7. Domicilium Clerici facile præsumitur in loco beneficii residentiam requirentis.
8. Ad domicilium contrahendum an sufficiat sola animus declaratio sine alia probatione.
9. Procurator alium substituens non remanet amplius procurator.
10. Vicarius egrediendo locum Vicariatus animo non redeundi, censetur officio renunciare. Si Legatus egrit datur provinciam animo non redeundi an expirat munus legationis. ibid.
11. Absentia a loco cum obligatione alibi remanendi, morti equiparatur.
12. Vicarius Episcopi habens speciale mandatum ad conferendum beneficia, potest ea conferre etiam extra diocesim.
13. Nisi per absentiam extra diocesim Vicariatus expiraverit.
14. Collatio beneficiarum non potest demandari ab Episcopo nisi Vicario Generali.
15. Beneficia conferendi facultas Vicario attributa non transit in Successorem.

PRESENTATA. Summatur, & dividitur, ut per Joan. Andr.

In textu ibi, In Archiepiscopu Ebredunen. assumptus. Nota jurisdictionem episcopate, si iudex recedat a loco, in quo debet iudicare, & transferat se ad locum, in quo tenetur residere ratione beneficii sibi collati, prout hic recessit ille arbitere electus in Archiepiscopum, ut latius dicam infra num. 11.

2. Ex quo infero ad questionem, An collatio beneficii facta a Vicario episcopali, ubi erat Vicarius, recessit, & ad locum sui Canonatus se contulit, sit valida, necne.

3. Contigit hic casus in Vicario Episcopi Placentini, qui beneficium contulit postquam recessit a diocesi Placentina, & migravit ad ecclesiam alterius Episcopatus, in qua erat Canonici. Et responsum est collationem esse nullam, quia constabat eum transulisse domicilium ad locum Canonatus, cum haberet animum ibi perpetuo habitandi, ut requiritur ad contrahendum domicilium, l. Cives, C. de incol. lib. 10. Abb. in cap. fin. num. 8. infra de Paroch. Felin. in cap. Dilectus filius, l. secundo, num. 1. 2. in 2. limitat. vers. Et hoc supra, de rescript.

4. Tamen enim talis animus ex sola habitatione non præsumatur, nisi fuerit decennalis, ut notat gloss. in l. 1. C. de incol. lib. 10. Angel. consil. 27. Quidam Vicar. num. 2. Doctores in dicto cap. final. de Paroch. Felin. in dicto cap. Dilectus filius, num. 1. 1. vers. Primus casus, tamen brevis temporis habitatio sufficit ad talem animum præsumendum, si cum habitatione concurrant conjecturæ significativæ domicilii, Abb. loc. cit. Marian. Socin. in cap. fin. de foro compet. num. 26. vers. Si vero habitatio, Felin. in dicto cap. Dilectus filius, num. 1. 1. vers. Secundus casus: que sane conjecturæ in casu nostro abunde concurrunt.

5. Primò quidem, quia recessit de diocesi cum rebus suis: quod demonstrat animum domicilium transferendi, ut notat Barr. in l. Domicilium, num. 1. ff. Ad municipal. & in l. Assumptio, §. Juris prudentibus, num. 2. eodem tit. Abb. in loco supra cit. Marian. Socin. in d. cap. fin. in §. primo quasi questione, n. 54.

6. Secundo, quia transulit se ad locum valde distantem a diocesi Placentina, quod magnopere consistet ad judicandum quem non habere animum revertendi, arg. hujus cap.

7. Tertio, quia Vicarius obtinet in loco, ad quem profectus est beneficium obligans ad residentiam: unde præsumitur ibi mansisse animo perpetuo habitandi: nam jura valde prona sunt ad præsumendum domicilium Clerici in loco beneficii residentiam requirentis, secundum Innoc. & alios in cap. Ex ore, de privi. Felin. in d. cap. Dilectus filius, num. 2. in 2. conclus. Socin. in d. cap. final. in 4. principali quasi, in secundo membro principali, num. 22. Cum enim Clericus in tali beneficio ad residentiam teneatur, nisi præsumeretur ibi velle habitare, esset præsumere culpam, & delictum, contra l. Merito, ff. pro soc. & quamvis hic Vicarius jam visus sit neglexisse residentiam quo tempore Vicariatum exerceret, cum tamen postea respiciens de ea diocesi recessit, & ad locum beneficii se contulit: utique præsumendus est potius voluisse satisfacere

obligationi residentie necessaria, quam muneris Vicariatus dependenti a mera voluntate, arg. l. 3. 4. & l. Si quis ex famosa, ff. de solut. præsertim quia quanto diutius aberat a residentia, tanto graviore pœnas incurreret ex Decreto Concilii Tridentini cap. 12. sess. 24.

8. Quarto, cum hic Vicarius ad locum beneficii reveritus declaraverit se nolle redire ad diocesim Placentinam, cellat omnis difficultas: nam in hac materia sola declaratio sufficit ad animi probationem absque alia exceptione temporis, Abb. in d. cap. final. de Paroch. in fin. Felin. in d. cap. Dilectus filius, num. 12. vers. Secundus casus. Quod sine dubio procedit, quoties cum declaratione concurrat etiam habitatio declarantis, ut in casu nostro, secundum Marian. Socin. qui ita conciliat opiniones in d. cap. final. de foro compet. in 6. principali quasi, num. 2. 5.

9. Quintò, quia nunquam est reversus: unde præsumitur animum non revertendi ab initio habuisse. Craver. cons. 105. Pernoctatio arguit, num. 4.

Neque obstat quòd idem Vicarius fuerit protestatus se velle retinere officium Vicariatus, Quia talis protestatio non est attendenda, cum sit contrariata factis, ex quibus resultat tam animus non redeundi a loco beneficii, quam etiam tacita renunciatio muneris Vicariatus, ut infra dicitur: & ideo renunciatio hujusmodi per talem protestationem non tollitur, nec impeditur, cap. Cum M. et ibi diximus, 19. post gloss. in ver. Præjudicium, Innoc. num. 1. Compolit. n. 6. & alios communiter supra de Consi. & probatur aperte in cap. Solicitudinem, de appellat. prope fin. ubi appellans, qui comparet coram iudice a quo, & propterea censetur tacite renunciare appellationi: quævis compareat, & simul declarat se velle appellationem proseguere, nihilominus renunciatio inducitur non obstante prædicta declaratione.

Rursus non obstat, quòd Vicarius alium sui loco substituerit: quia unde colligitur potius habitasse animum non revertendi, nec peritervandem in officio, in quo alium substituebat, sicut dicitur de procuratore, qui si ex facultate sibi tradita alium substituat, quasi non habeat animum negotium proseguendi, non remanet amplius procurator, cap. 11. qui, de procurator. lib. 6. l. 1. vers. procurator, §. Quid ergo, & ibi Bart. num. 4. de solut. Van. de nullitat. in tit. de nullitat. ex defectu inhabilitat. seu mandat. num. 104.

Constat igitur de domicilio in eod. loco per hunc Vicarium contracto, & de animo ibi perpetuo manendi, & ex consequenti nunquam redeundi ad diocesim Placentinam, in qua Vicariatus officium ante discessum exercebat.

10. Quo postico sequitur, ut per talem discessum desierit esse Vicarius, ejusque officium, & jurisdictionis expiraverit. Quod probatur optime simili de Legato, qui est Ordinarius, quemadmodum & Vicarius, cap. 2. de offic. legat. lib. 6. Si enim in provincia egrediat animo non redeundi, expirat munus legationis, gloss. in cap. Presenti, in ver. Finitur, eod. tit. & lib. Villadieg. de legat. quasi, l. 6. num. 7. Gambar. eodem tract. lib. 9. nu. 5. & quamvis Hostien. in cap. Novit, de offic. legat. videatur intelligere gloss. de Legato non tantum egreßo de provincia, sed etiam de loco; quem

sequitur Archid. in d. cap. Presenti, in 2. col. in ver. Finitur, & ibi d. Joan. An. in 2. col. in gloss. in ver. Hoc potest tamen ea opinio, quod revocatio non requiratur, videtur esse verior: aliàs hic modus finitæ legationis per egreßum de provincia animo non redeundi non esset diversus a præcedenti relato per gloss. ut considerat ibid. Joan. de Fant. quem refert, & sequi videtur Gem. in eodem cap. Presenti. Verum etiam opinio Hostien. & Archid. vera esset in legatos tamen quatenus pertinet ad casum nostrum, probaret potius nostram sententiam: nam ipsi dicunt ideo per solam recessum de legationem, quia cum legatus possit compelli in vitus ad minus legationis obediendum, l. Munerum, §. iudicandi, ff. de muner. & honor. sequitur ut quemadmodum expresse renunciare non potest legationi, ita nec possit renunciare tacite per hujusmodi egreßum de provincia: Unde Doctores aperte sentiunt eum, qui potest renunciare expresse suæ jurisdictioni, centeri illi tacite renunciare egrediendo de loco, ubi eam exercet animo non redeundi. Et propterea cum Vicarius de quo agitur, non solum non possit invitus compelli ad suscipiendum officium Vicariatus ab Episcopo, cui non erat subditus, sed potius cogi deberet ad residentiam in loco beneficii, consequens est, ut sicut expresse ipse renunciare poterat Vicariatus, ita egreßus de diocesi animo extra eam perpetuo manendi, eidem Vicariatus tacite renunciare censetur.

11. Confirmatur id per textum in hoc cap. Presentata, quo in terminis nostris probatur, eum, cui mandata est jurisdictio, si de loco recedat, ubi erat exercenda, & ad locum, in quo tenetur residere, profectatur, non habere amplius jurisdictionem, unde post Cap. in. hic notat Felin. num. 2. absentiam a loco cum obligatione alibi

12. residendi morti equiparari. Et quamvis hostien. dicat id intelligendum esse quoad actus, qui non possunt explicari extra territorium, collatio autem beneficii fieri posse a Vicario habentis speciale mandatum etiam extra diocesim, ut resolunt Domini de Rota decis. 5. incipien.

13. Numquid Vicarius, de Offic. Vicar. in antiq. tamen quoad casum nostrum satis est ut inducatur revocatio Officii Vicariatus: inde enim sequitur etiam revocatio facultatis conferendi beneficia.

14. Expiravit itaque Vicariatus officium, & ita corrumpitur etiam facultas conferendi beneficia, quæ præsumitur ab Episcopo eadem tributa contemplationem officii Vicariatus: quia non potest Episcopus talem facultatem tribuere alteri, quam Vicario Generali, gloss. in cap. fin. de offic. Vicar. lib. 6. in ver. Commissa, & in cap. Deliberatio, in ver. Cuiusque, de offic. legat. eodem libro.

Oldrad. cons. 77. Quod verò Episcopus, num. 1. Archid. in cap. Statutum, in 2. col. in ver. Generaliter, de Præben. lib. 6. Rota decis. 287. in antiqua. Et ita cum talis facultas possit esse inutilis si censeretur eributa contemplatione personæ, & non officii: præsumitur Episcopus contemplatus officium ut valeat actus. Decius post alios in cap. Quoniam Abbas, num. 49. de offic. legat. & per consequens non transit quidem in successorem, licet concessa sit contemplatione dignitatis, ut communiter tenent Doctores in

15. R a d. cap.

d. cap. Quoniam Abbat, ubi Decimus num. 61. sed expirat per revocationem Vicarii, tanquam acclatoria ad eius dignitatem extinctam. Et ita communem opinionem declarat Abbas in dicto cap. Quoniam. n. 11. in fin. & Felin. ibidem n. 7. vers. Sed primo, praesertim cum sine Vicariatu haec facultas stare non possit, ut per Doctores supra citatos.

Caruit igitur Vicarius facultate conferendi beneficium, de quo agitur. Et propterea ejusdem collatio facta ab episcopo, licet posterior, prevalere debet, cap. ult. supra de suppl. neglig. Prelator. cap. Congregatio, & ibi gloss. vlt. de elect. Innoc. in cap. Consideravimus. n. 3. vers. De hac electione, cod. de Bellam, cons. 10. Factum est tale, Ioannes in 6. dubio. n. 44. & seq. facit cap. Non praesertim, de regul. iur. lib. 6.

DE TESTIBVS

Cap. Venerabili.

S V M M A R I V M.

- 1. Testes diligenter, & sigillatim sunt examinandi, praesertim si agatur de vita, & miraculis canonizandi. & n. 15.
- 2. Canonizari ut quis possit pro Sancto, copulativè requiruntur sanctimoniam vita, & miracula.
- 3. Miraculum ad hoc ut sufficienter probetur ad effectum canonizationis, quatuor requiruntur.
- 4. Miracula ex vi verborum, aut ex vi parentela ad canonizandum non sufficient.
- 5. Testes nisi scorsim examinentur, testimonium non valet, & cur.
- 6. Testes deponere non debent per eundem praemeditatum sermone.
- 7. Testes omnes in publicatione testamenti coadunantur.
- 8. Examen testium super vita, & miraculis canonizandi potest committi in partibus.
- 9. Commissarii ad testes examinandos an subdelegare possint.
- 10. Ecclesia in canonizatione Sanctorum an possit errare, & n. seq. q. 9. in fin.
- 11. Papa in particularibus actionibus potest errare, & n. 29. & 37.
- 12. Errare potest qui utitur medio fallibili, Declaratur. n. 40.
- 13. Opera, quae sunt communia bonis, & malis, non possunt testimonium perhibere de sanctitate alicuius. Declaratur. num. 41.
- 14. Iudicium Ecclesia assignando sequitur opinionem, quae sepe fallit, & fallitur.
- 15. Quod procedit etiam in Ecclesia universalis in his, quae ad fidem non pertinent. Declaratur. n. 40. & 42.
- 16. Ecclesia quantum potest, debet se conformare iudicio Dei.
- 17. Romana Ecclesia nunquam à trinitate Apostolica traditione errare probatur.
- 18. Papa ante actum canonizationis inducit populum adorandum, ut Deus non permittat ipsum errare in hoc negotio. & n. 43.

- 20. Corpora multa Sanctorum venerantur in terra, quorum anima cruciantur in inferno. Declaratur. n. 44.
- 21. Iudicium aliud est secundum praesentem institutionem, aliud secundum aeternam sententiam.
- 22. Homo vides quae foris apparent, Deus autem intrat in cor.
- 23. Credens ut loquitur, etiam si falsa loquatur, fideliter loquitur, & converso.
- 24. Papa canonizando aliquem secundum informationem sibi factam, quantumcumque vera non approbet, tamen non errat. Contrarium. num. 27.
- 25. Errare nihil aliud est, quam unum pro alio putare. & n. 26.
- 26. Scire dicimus non solum quae videmus, sed etiam quae ab aliis audivimus, & quae vehementer opinamur.
- 27. Papa in his quae spectant ad fidem, vel ad statum universalem totius Ecclesiae, errare non potest. & n. 40. & 42.
- 28. Canonizatio Sanctorum est ex his, quae spectant ad statum universalem totius Ecclesiae. & n. 38.
- 29. Error damnabilis in Ecclesia esse non potest.
- 30. Mendacium aliquod si in scriptura Canonica admittatur, mutabitur fides nostra, quae ex illa dependat.
- 31. Haereticum est sentire contra determinationem Concilii.
- 32. Iudicium eorum, qui praesunt Ecclesiae, potest errare in quibuslibet, si persona eorum tantum respiciantur. Secus si consideretur Divina Providentia.
- 33. Papa iudicio in determinationibus fidei magis standum est, quam quorumlibet sapientum in scripturis opinionum.
- 34. Canonizatio Sanctorum est medium inter distinctiones fidei, & alicuius sententiae, quae ad particularia facta pertinent. Honor, quem Sanctus exhibemus, est quadam fidei professio. ibid.
- 35. Optima media eligenda.
- 36. In Canonizatione Sanctorum Divina Providentia praesertim Ecclesiam, ne medio fallibili attentionum fallatur.
- 37. Oratio sit ab Ecclesia etiam ut implentur, quae quae Deus promisit, & infallibilia sunt.
- 38. Error circa Reliquiarum approbationem non est praesumendus maxime in Ecclesia Romana.

VENERABILI. Diligenter, & sigillatim examinandi sunt testes, praesertim si agatur de vita, & miraculis canonizandi. Hoc dicitur. In prima parte ponitur petitio. In secunda testium recipiendorum commissio ibi, discretioni.

2. Nota primò ibi, super vita, & miraculis: ad hoc ut quis canonizari possit ut Sanctus, duo copulativè esse probanda per depositionem testium fide dignorum, nempe sanctimoniam vitae, & miracula, ut hic per Butr. in 1. notabilis. Abb. num. 1. vers. Et ex hoc, & Felin. num. 1. & est expressum in Constitutione Gregorii IX. Cum dicat Dominus, s. 3. in Bullar. tom. 1. pag. 53. de quo dicitur, ut scriptum in cap. 1. num. 3. infra de rel. q. 3. & vener. Sanctor. Et ad hoc quatuor requiri, ut mira-

miraculum sufficienter probetur ad effectum canonizationis. Primum est, ut ex Deo non ex arte procedat, neque ex Diabolo: nam quandoque etiam per malos miracula fiunt, cap. 1. in eadem, 1. quae 1. & cap. Prophetarum, & cap. Item Balaam, 2. quae 7. Secundum ut licet contra, id est, supra naturam, sicut patet de virga Moysis conversa in Colubrum, & de Afina loquente ad Balaam, cap. Cum ex in iuncto, s. 1. & 2. infra de haer. Tertium ut non fiat ex virtute verborum, sicut accidit in Sacramento Eucharistiae, cap. Panis, & cap. Quia corpus, & cap. In quibus, de cons. dist. 2. cap. Cum Martha, & Quasi visiti, infra de celebrat. Misfar. Adde neque ex vi parentela, ut in Rege Franciae secundum Felin. hic num. 1. Sed ex merito hominis hoc contingat. Quartum ut sit ad corroboracionem fidei: herba enim transit in vitium ministerio hominis, sed propter hoc fides Catholica non corroboratur; & ideo ad canonizationem faciendam nisi haec quatuor simul concurrant, facta miracula non prodesse, secundum Hostien. hic num. 4. vers. Ad hoc autem, cuius verba ad litteram transtulit glossa in cap. unic. ver. Sedes Apostolica. post med. vers. Et quantum ad hoc, de reliquis, & venerat. Sanctor. lib. 6. & Troil. Malv. intrabat, de canonizat. Sanctorum, in 3. dubio principat. num. 38. & num. 46. ubi testatur praedicta quatuor communiter approbati per canonistas.

Secundò nota ibi, sigillatim, testes praecipue in causa canonizationis esse sigillatim examinandos, id est non duos simul, sed unum scorsim ab alio: alioquin testimonium non valeret, ut tenet glossa 2. & Abb. num. 5. in cap. Cum causam, supra eodem. Specul. in rit. de teste, s. Hunc tractandam, in princ. & vers. Sed pone: & hic notant gloss. in figuracione casus, in fine. Joan. Andre. num. 2. in ver. Sigillatim, Butr. num. 3. Abb. num. 1. vers. Nota quod testis, & Felin. num. 3. Et hoc multiplici ratione. Primò quia sic libere profertur veritatem, ut notatur in cap. Quia propter, supra, de elect. ubi habetur simile. Secundò quia melius possunt convinci de falsitate exemplo Danielis, qui secreto, & separatim examinavit Senes, accusantes Sufannam, & de falsitate convicit. Daniel. 13. s. 1. arg. cap. Ex tenere, supra eodem. Si enim essent simul, unus posset ab alio insitui, & ipsam sequi, & tamen testes deponere non debent per eundem praemeditatum sermone, s. ff. de testibus. Quae ratio habet etiam in gloss. 2. hic, & communiter approbatur. Tertio ne ipsis forsan altercationibus, vox contradictoria foris audiat, arg. cap. In causis, supra de elect. & sic partes discere possunt testificata: in quo casu non esset amplius locus productioni testium, cap. Ultra tertiam, infra eodem, cap. Constitutus, s. fin. supra, de cons. Et tamen casus in quo omnes coadunantur, in publicatione scilicet testamenti I. Publicatis, C. de testam. Ita Hostien. hic, & Joann. Andr. ambo, num. 2. in ver. Sigillatim, Butr. num. 6. & Abb. num. 3. Qui tamen refellit tertiam rationem, remittens ad notata in d. cap. Ultra tertiam, infra eod.

Tertio nota ibi, examinare cureti: ad probandum vitam, & miracula alicuius canonizandi, non requiri ut testes ex longinquo perducantur ad curiam Romanam, sed licet posse examen committi in partibus, prout Papa hic fecit, Prosp. Fagn. in 2. Decretal. Tom. 3.

secundum Abb. num. 2. & sic servatur, ut patet in Constitutione Gregorii IX. de qua supra n. 2. & in aliis pluribus. An autem illi Committenti examen huiusmodi possint alteri subdelegare, Franciscus Boatinus, alias Bonazuidia putabat non posse ob arduitate negotii, & industriam eisdem, arg. cap. fin. supra de off. deleg. Sed Joann. Andr. hic num. 3. cum quo Abb. n. 2. Et alii transeunt, dicit in hoc tenendum esse quod habetur, & notatur in Clem. indices, de off. deleg. ubi distinguitur, an sit iudex super receptione testium, & tunc subdelegare possit alteri vices suas, ut ibi in littera: An verò nudus minister ad examen expediendum, & non possit, ut ibi plenè notatur in glossa 1.

Dubitari solet; an Ecclesia in Canonizatione Sanctorum possit errare.

Variae sunt opiniones. Prima opinio est Canonistarum, qui frequentius opinati sunt hunc casum posse contingere ut Ecclesia erret in Canonizatione Sanctorum, licet non sit credendum. Idque non obscure supponit Innoc. in c. 1. num. 4. infra de reliquis, & venerat. Sanctor. & expressè aliterunt ibi Host. num. 10. circa fin. vers. Quis si Ecclesia erret, gloss. in cap. unico, in ver. Sedes Apostolica, ante med. vers. Et si Ecclesia, eodem tit. lib. 6. plenè Felin. hic n. 2. & ex Theologis, licet obiter, cap. Cajet. in tract. de indulgent. cap. 8. circa fin. vers. Praesumit enim Ecclesia, ubi sic ait (Sicut potest inter venire error humanus in Canonizatione alicuius Sancti, ut S. Thomas dicit, ita potest intervenire error humanus in collatione indulgentiae. Si quis autem putet Romanum Pontificem non posse errare in suis particularibus actionibus, &c. prout quoque ipsum non esse hoinem) hanc ille.

Primum, & praecipuum huius opinionis fundamentum est, quia qui innuitur medio fallibili, potest errare, cap. Lator, & cap. Consequenti, supra de re iudic. sed Ecclesia in Canonizatione Sanctorum innuitur iudicio humano, cum inquirat per testes de vita, & miraculis canonizandi, ut hic patet, & iudicium humanum est fallibile, cum testes possint esse falsi, & corrupti, cap. Sicut, supra de testib. Ergo Ecclesia in canonizatione Sanctorum potest errare.

Secundò pro hac opinione arguitur, quia nullus potest esse ita certus de statu alicuius, sicut ipsemet de se, quia quae sunt hominis, nemo novit nisi spiritus hominis, qui in ipso est, ut dicitur primo ad Corinth. 2. Sed homo non potest per certitudinem scire de seipso, an sit in statu salutis, dicitur enim eccles. 9. Nemo scit verum dignum sit alicui, vel amare. Ergo longe minus id potest scire Papa, & consequenter potest in canonizando errare.

Tertio pro eadem opinione arguitur, quia opera, quae sunt communia bonis, & malis, non possunt testimonium infallibile perhibere de sanctitate alicuius, arg. l. Neque, natalis, C. de probat. & l. Non hoc, C. vnde legitur. Sed jejunia, orationes, & elemosinae, ac alia multa bona opera sunt communia bonis, & malis, cap. Nihil enim, de consecr. dist. 5. cap. Odis, 24. quae 1. Ergo per opera huiusmodi Papa non potest per certitudinem scire, an aliquis sit canonizandus ut Sanctus, & per consequens in canonizatione errare potest.

14 Quare ad hanc partem inducitur textus in cap. *A nobis*, ubi dicitur *in fine de sent. excomm.* quem in proposito adducunt Hostien. Joann. Andr. & Felin. *loc. cit.* ubi sic legitur (judicium Ecclesie non nunquam opinionem sequitur, quam & fallere posse contingit, & falli, propter quod contingit interdum, ut qui ligatus est apud Deum, apud Ecclesiam sit solutus; & qui liber est apud Deum, a Ecclesiastica sit sententia innotatus) Hæc tibi, quem textum Abb. *ibidem* num. 2 intelligit procedere non tantum in Ecclesia particulari, sed etiam in Ecclesia universali, in his, quæ ad fidem non pertinent, quia eadem est ratio; nam Ecclesia universalis sequitur aliquando opinionem cum de occultis divinare non possit, cap. *in infra de Eccles. benefico*. Unde etiam Concilium, per quod universalis Ecclesia representatur, errare potest excommunicando fortè Prælatum, quoniam erat excommunicandus ex causa latente, & sequitur Felin. *hic n. 2. vers. Sed factibus*. Nec refragatur quòd Ecclesia debeat se conformare iudicio Dei, ut dicitur in d. c. *unic. in prin.* Dei autem iudicium veritati, quæ nec fallit, nec fallitur, semper innititur, d. c. *A nobis*. Quoniam debet se conformare quantum potest; sed interdum non potest, ut in occultis, d. cap. *an. Abb. & Felin. ubi supra*. Quod si urgeas: Ecclesia universalis errare non potest, c. *Archiep. ubi nunquam errasse probatur*, 2. q. 1. Respondent Abb. & Felin. illud debere intelligi in fide, & articulis fidei: nam pro hoc tantum oravit Christus ad Patrem, Luc. 22. *Ego pro te rogo vi Petre, ut non desicias fides tua*. Sed in occultis errare potest ut in iuribus supra citatis.

19 Quòd multum habet pondetis, quòd antequam deveniat ad ultimum actum canonizationis, scilicet diffinitionem illum, de quo agitur, Sanctum esse, & Sanctorum catalogo adscribendum, & tamquam Sanctum esse venerandum, Papa, fratres, & totus Clerus, & populus conveniunt statuta die ad aliquam certam Ecclesiam, & Summus Pontifex sermonem facit recitans processum, & inducit populum ad orandum, ut Deus non permittat ipsum errare in hoc negotio, ut attestatur Host. in cap. 1. in 5. vers. *Nonò*, & Joann. Andr. *num. 4. eodem vers.* Ergo Papa agnoscit se posse errare in negotio canonizationis; alioquin ad quid cum populo deprecaretur Dominum ne hoc permitteret: nam frustra prebibus impetratur, &c. l. 1. c. de *thesaur. lib. 10. gloss. 1. in cap. 1. supra de rescript.*

20 Ultimo pro hac parte adducitur illud Augustini, *Multa corpora Sanctorum veneramus interius, quarum anima cruciatur in inferno*: ut hic per Felin. *num. 2. vers. Pro hac parte*.

21 Secunda opinio est Augustini in *Triumpho de potest. Ecclesie*, cap. 14. art. 4. ubi ait duplex iudicium posse dari de homine, unum scilicet secundum præsentem iustitiam, aliud secundum æternam sententiam. Differunt autem hæc duo iudicia, quia per primum iudicatur homo habens pro teste exteriorem evidentiam: Scribitur enim Joan. 7. *Namquid lex nostra iudicat hominem, nisi ab ipso audierit, & cognoverit prius quid sciat?* Per secundum autem iudicium iudicatur Deus habens pro teste interiori conscientiam, quia homo iudicatur quæ foris apparent, Deus autem intuetur cor, 1. Reg. 16. Præterea differunt hæc

duo iudicia, quia in primo quatenus non invenitur quid reprehendat homo, seu quid culpabile sit per hominem iudicantem; potest tamen inveniri quid reprehendat Deus, & quid culpabile sit in conspectu Dei. At in secundo nihil invenitur reprehensibile, nec culpabile, nec per Deum, nec per hominem. Papa ergo canonizando aliquem sanctum secundum præsentem iustitiam non errat, quia sic credit eum esse Sanctum, prout informationem recipit secundum allegata, & probata sibi. Nam, ut inquit Augustinus in *epist. 35. ad Severum Abbatem*. (Qui sic creditur ut loquitur, etiam si falli loquatur, fideliter loquitur: qui autem non credit quæ loquitur, etiam si vera loquatur, infideliter loquitur.) Ad hoc cap. *Humines*, & c. *seq. 2. q. 2. Quantumcumque igitur Summus Pontifex non verè approbet canonizando, vel approbando aliquem sanctum, ex quo fideliter, & verè approbat secundum informationem sibi factam, non errat: Eandem opinionem complectitur Iul. Malver. in tract. de *Canonizat. Sanctorum* in 3. dub. *principali* num. 48. *vers. Sed quæquid sit*: nam errare nihil aliud est, quam pro alio putare, cap. *in quibus*, 2. q. 2. & est, gloss. 1. relata ad textum in c. *Quamvis*, 3. dist. præcedente probatione Sancti vitæ, & miraculorum quis non potest putare unum pro alio, quia hoc esset crasium, & supinum putare, cum ipsa probatio miraculorum concludat violentam præsumptionem sanctitatis; & sic non solum excludat errorem, imò includat scientiam. Scire enim dicimus non solum quæ videmus, sed etiam quæ ab aliis audimus, cap. *hoc videtur*, 2. q. 1. Item 5. quæ non ambigimus, sed vehementer opinamur, l. 2. §. *Idem*. *Lib. de off. de aqua pluv. arcen.* sequitur ergo ut Ecclesia, cui facta fuerit talis probatio sanctitatis vitæ, & miraculorum, non possit putare unum pro alio; & per consequens errare non potest, secundum eum; qui tamen remittit se ad Cardin. Turrec. de *potest. Papa* quest. 41. *alias* 51.*

27 Cæterum hæc sententia admittit posse contingere ut aliquis Sanctus ab Ecclesia canonizatus sit in inferno; atque ita quoad rei substantiam non discrepet à prima opinione, nec dissentiat in hoc, quod putat eo casu Ecclesiam non errare: cuius contrarium asserunt Auctores primæ opinionis. Quod & verius videtur: nam si canonizatus esset in inferno, utique Ecclesia putaret alium pro alio, licet fideliter; putaret enim Sanctum esse, qui sanctus non est, & sic erraret, ut in d. c. *In quibus*, 2. q. 2. Præterea hæc distinctio videtur deseri per textum in d. c. *A nobis*, *in secundo de sent. excomm.* nam quando Ecclesia absolvit non absolvendum, vel ligat non ligandum, quamvis rite, & recte procedat secundum allegata, & probata; tamen illius iudicium dicitur falli, ut illic patet. Ad idem *in fine ita*, 3. q. 1. quest. 9. & cap. *Lator*, *in fine de re iudic. ubi* Ecclesia dicitur decepta. Facit textus in cap. *Ab olim*, §. *Nos igitur*, eodem tit. cap. *Tam ex litteris*, §. 1. *vers. Presertim*, *supra de rescript. in integr.* & cap. *Ab olim*, de dot. & concum.

29 Tertia opinio primæ opposita fuit Joanni de Neapoli in *quodl. 1. relati à S. Antonino*, in 3. *part. tit. 1. 2. §. 2.* qui dixit ea, quæ facit Papa cum Cardinalibus, esse duplitis generis. Quædam enim

enim sunt quæ pertinent ad particularia facta particularium hominum; huiusmodi sunt collationes beneficiorum ecclesiasticorum, promotiones ad gradus, dignitates; & sententia pro aliquibus, vel contra aliquos lata; & in talibus Papa potest errare: & ratio est, quia cum sit pius homo, & viator, & non confirmatus in gratia, inordinate potest affici ad aliquos, & potest decipi per falsas probationes, & attestationes, ex quibus procedit in huiusmodi actionibus; & sic potest errare, & ad hoc facit quod dicitur in dict. cap. *A nobis*, videlicet quod iudicium Ecclesie & fallit, & fallitur. Quædam verò sunt, quæ facit Papa pertinentia ad Statum universalem totius Ecclesie, vel quantum ad fidem, ut sunt determinationes, & declarationes, quæ spectant ad fidem, & articulos, & Ecclesie Sacramenta, & omnia alia contenta in sacra Scriptura; vel quantum ad bonos mores, ut sunt statuta, decreta, & decretales: & in talibus quamvis absolute pensatis solis personis Papæ, & Cardinalium, Papa cum ipsis possit errare; supposita tamen Divina Providentia, & Spiritum sanctum loqui per Ecclesiam, credendum est Papam non posse errare, quia Christus oravit pro Ecclesia Luc. 22. *Ego pro te rogo vi Petre ut non desicias fides tua: & dicere, in huiusmodi Papam errare, esset hæreticum; & ad hoc facit quod dicitur in c. *Archiep.* 2. q. 1. & ad illud secundum genus dicit ipse pertinere canonizationem Sanctorum, qui proponuntur per canonizationem ut exemplar & fidei & sanctæ vitæ, & ab omnibus adorandi, & in necessitatibus invocandi.*

32 Hinc opinionis suffragatur etiam quod in Ecclesia non potest esse error damnabilis, dict. c. *Archiep.* cap. *Hæc est fides*, cap. *In sede*, & cap. *Cum beatus ipse*, 2. q. 1. Sed hic esset error damnabilis si cohereret tanquam Sanctus, qui fuit peccator, quia aliqui scientes peccata ejus, crederent hoc esse falsum, & si ita contingeret, posset ad errorem perducii. Ergo Ecclesia canonizando Sanctos non potest errare, Præterea, ut inquit Augustinus in *epist. ad Hieronymum*. Si in scriptura Canonica aliquid mendacium admittatur, mutabitur fides nostra, quæ ex scriptura Canonica dependet: ad hoc cap. *Si ad scripturas*, 9. dist. & c. *Quis ergo*, 2. q. 1. Sed sicut tenemur credere illud, quod est in sacra Scriptura: ita illud, quod est communiter per Ecclesiam determinatum; Unde hæreticus iudicatur qui sentit contra determinationem Conciliorum, cap. *Sicut*, 1. §. *dist.* Ergo commune iudicium Ecclesie erroneum esse non potest. De hac tamen tertia opinione vide quod dicam *infra* numer. 39. Quarta opinio est B. Thomæ in *quodl. 9. artic. ult.* qui mediam viam sequitur; docuit aliquid posse iudicari possibile, secundum se consideratum, quod reatum ad aliquid extrinsecum impossibile invenitur (iudicium ergo eorum, qui præsumunt Ecclesie, potest errare in quibuslibet, si per iona eorum tantum respiciantur. Si verò Divina consideretur Providentia, quæ Ecclesiam suam Spiritu sancto dirigit, ut non erret, sicut ipse promittit Joan. XIV. quod *Spiritus adveniens docebit omnem veritatem*, de necessitate scilicet ad salutem certum est quod iudicium Ecclesie universalis errare in his, quæ ad fidem pertinent, impossibile est. Unde magis standum est iudicio Papæ, ad

quem pertinet determinare de fide, quam in iudicio profert, quam quorumlibet sapientium in scripturis opinionum; cum Caiphas, quamvis nequam, tamen quia Pontifex, legatur etiam in iudicio prophetaisse, Joan. XI. In aliis verò sententiis, quæ ad particularia facta pertinent, ut cum agitur de possessionibus, vel de criminibus vel de huiusmodi, possibile est iudicium Ecclesie errare propter falsos testes, Canonizatio verò Sanctorum medium est inter hæc duo: quia tamen honor, quem Sanctis exhibemus, quædam professio fidei est, qua Sanctorum gloriam credimus, pie credendum est, nec etiam in his iudicium Ecclesie errare posse) Hæc S. Thomas, cui consentiunt Cardin. Turrec. in *Summa de Ecclesie*, seu de *potest. Papa*, q. 51. & 73. & hoc præmittit *libro 2. num. 110.* S. Antonin. in 3. *part. tit. 1. 2. c. 8. §. 2.* Melchior Can. *lib. 5. de locis theol. c. 6.* Sylvest. in *ver. Canonizat. num. 2.* circa fin. Tabiena, in *end. ver. nu. 2.* Covarr. *var. resolut. lib. 1. c. 10. n. 13.* & silius omnibus Ambros. Catharin. in *peculiaribus libello huius questionis*.

39 Hæc opinio mihi valde probatur, tum quia est D. Thomæ, qui in huiusmodi secretis semper aut ratione, aut revelatione fuit edoctus, antequam scriberet, & cuius doctrina fuit per Ecclesiam approbata, ut apud Sylvestrum in *ver. Omnia primo num. 9. vers.* Et deo circa istam questionem, & in *ver. Lex*, §. 1. in 3. *dist.* Tum quia est media inter primam, & tertiam opinionem ad invicem oppositas, arg. l. *Antiqui* ff. *si pars hereditatis petat*. Desinit enim à prima, quia S. Thomas negat Ecclesiam in canonizatione Sanctorum errare posse, quod prima opinio affirmat absolute, & minus rationabiliter. Desinit verò à tertia, quia S. Thomas docet pie credendum esse Ecclesiam in hoc errare non posse; sed tertia opinio asserit, ita credendum ex necessitate salutis; & sic damnat primam opinionem tanquam hæreticam, quod plane durum videretur, cum habeat sectatores primarios Canonistas, & doctissimum Cajetanum, & articulus nonnulli sit ad Ecclesiam distinctus, per id, quod habetur, & notatur in c. *Cum Christus*, *infra de hereticis*. & per Innocentium c. *Ne imitetur*, *supra de consuet.* ubi ait (Si Sancti diversas opiniones inter se habeant in his, quæ ab Ecclesia non sunt dissoluta, licetum esse cuique quod vult dicere) Cuius dictum sequuntur ibi Host. *num. 3.* & Barr. in *fin. c. de Pen. iud.* *quis mal. iudic.* Ad hoc c. *Negus*, 9. dist.

Superest nunc respondere ad argumenta in contrarium adducta pro prima opinione.

40 Non obstat igitur primum. Quoniam, ut respondet S. Thomas *ibid.* *quodlib. 9. art. ult. ad 2.* Divina Providentia præservat Ecclesiam ne in talibus per fallibile testimonium hominum fallatur; & inquit Covarr. *loc. citato*, pie credendum est Summum Pontificem in perscrutandis ejus, qui in Sanctos est referendus, & miraculis, & gestis, ab ipso Spiritu sancto instrui: ad hoc c. *Qui contempta*, & c. *Fructu*, §. *dist. c. loquitur*, 24. *quæst. 1. c. Quis nesciat*, 11. dist.

Non obstat secundum, quia Pontifex, cuius est canonizare Sanctos, potest verificari de statu alicuius per inquisitionem vitæ, & attestacionem miraculorum, & præcipue per instinctum Spiritus sancti, qui omnia firmat etiam profunda Dei: ita S. Thom. *loc. cit. in respons. ad primum*.

- 41 Non obstat tertium, quia ut respondet Augustinus. Triumph. de potest. eccles. quæst. 1. 4. ad 2. (Quamvis per ista opera non possint discerni boni à malis, quia jejunia, & orationes, & elemosynæ possunt fieri bono animo, & malo: sunt tamen quædam opera, quæ habent circumvoluntatem malitiam, nec possunt bono animo fieri, ut opera prohibita à lege divina, per quæ boni discernuntur à malis, juxta illud Matth. 7. A fructibus eorum cognoscetis eos. A talibus ergo si aliquis homo immunis fuerit inventus, & comprobatus fuerit in bonis operibus habuisse semper constantiam, & supra modum humanum excellentiam secundum certum iustitiam, potest in Sandum canonizari cum attestazione miraculorum) Hæc ille. Sed esto bona opera per se non perhibeant testimonium infallibile sanctitatis, tamen divina Providentia præsertim iudicium Ecclesie non fallatur, ut dictum est supra in respons. ad primum.
- 42 Non obstat quartum, nempe c. A nobis, il secundo, de sent. excom. Quoniam procedit in his tantum, quæ pertinent ad particularia facta, non autem in his, quæ concernunt statum universalem totius Ecclesie, qualis est canonizatio Sanctorum ut constat ex dictis supra in 3. & 4. opinione, & est ex mente Host. in d. c. A nobis, n. 3. dum dicit illum textum non habere locum in Ecclesia generali simul congregata, quæ nunquam errare potest, c. Aretia, 24. 9. 1. contentit ibi Jo. Andr. num. 4.
- 43 Non obstat quintum, quia oratio fit ab Ecclesia, etiam ut impleantur, quæ Deus promittit, & infallibilia sunt, sicut Samuel in cinere, & sacco postulat impleri quod promiserat Deus, non quod esset incredulus futurorum, sed ne securitas negligens, & negligentia pateret offensam, ut est textus singularis in cap. Prædixerat, de pen. dist. 1.
- 44 Non obstat ultimum, Tum quia dictum illud licet passim tribuatur Augustino, tamen hoc negant Covar. & alii. Ac præterea esto illius author fuerit Augustinus, tamen secundum Covar. ubi supra dum dicit, multa corpora Sanctorum venerantur in terris, quorum animæ cruciantur in infernis, hoc tantum intellexit, videlicet nos venerari multa corpora, quæ putamus esse Sanctorum ab Ecclesia canonizatorum, & tamen non sunt illorum, sed potius damnatorum hominum, & fortasse infidelium Latronum, Sicariorum, & hujusmodi. Iudicium ergo Ecclesie in hoc non fallit, quia diffinit aliquem esse Sanctum, puta D. Hieronymum; sed non diffinit tale corpus esse D. Hieronymi; & fieri potest, ut anima, quæ illud corpus informabat, fuerit alterius, & crucietur in inferno. Licet nec circa approbationem reliquiarum error sit præsumendus, ut ibi per eum, maxime in Ecclesia Romana. Ad hoc c. i. infra de reliq. & vener. sanct. & notat per Joan. Andr. in c. A nobis, il secundo, num. 4. de sent. excom.

DE TESTIBVS.

Cap. Non debet.

SVM MARIVM.

- 1 Accusatus criminaliter pendente accusatione non potest in testem produci, nisi in criminibus exceptis.
- 2 Et quæ sint hujusmodi crimina.
- 3 Item non potest alium accusare, nec Ordines suscipere, nec esse alterius procurator, n. 1. & 9.
- 4 Secus si fuerit accusatus civiliter.
- 5 Quod verum est si emendatus de crimine, nec eum comitetur infamia.
- 6 Cum accusatur quis de crimine, statim gravatur ejus opinio.
- 7 Accusatio civilis infamiam non irrogat, nec repellit à promotione.
- 8 Testimonium, accusatio, & Ordo æquiparantur in repellendo.
- 9 Accusationis pendencia præjudicat in querendâ, sed non in quæsitâ.

NON DEBET, Ponit regulam, & casum exceptum, quam secundo probat per duo similia, ibi, Cum etiam

- 1 Joann. Andr. Quæsitum fuit utrum accusatus criminaliter pendente accusatione possit in testem produci. Et respondet Papa non posse; quia nec alium accusare, nec Ordines suscipere potest, juxta primum dictum, Fallit in criminibus exceptis. Hoc dicit. Baldus. Et quæ sint crimina excepta, vide hic plenè per Abbat. Antiq. a num. 1. usque ad n. 6.
- 2 Nota primò ibi, De crimine: Accusatum ita demum repellit à testificando, & aliis, de quibus in littera, si fuerit accusatus criminaliter ad penam, seu vindictam; secus ergo si civiliter ad interesse, ut hic notat gloss. 1. ante verbum vers. Præterea ex eo. Innocen. Hostien. & Joann. Andr. omnes in princ. Bald. numer. 3. Abbat. & Joann. de Anath. in sumario textus, & reliqui omnes. Quod verum est, secundum gloss. & Host. ubi supra, si sit emendatus de crimine, & eum non comitetur infamia, ut in cap. Testimonium, supra eod. & arg. cap. Pet. duas, infra de simon.
- 3 Ratio differtentia est, quia cum aliquis accusatur de crimine, statim gravata est ejus opinio, ut hic dicit gloss. 1. in princ. & est textus in cap. Tantus Daniel, & i. dist. ubi id notat Archid. Bellam. Turrecr. Gemin. & Præpositus, omnes in princ. Unde nil mirum si repellatur à testimonio, ut hic, & in c. Testimonium, supra eod. At verò accusatio civiliter intentata infamiam non irrogat, ut cap. Tuas, supra de Procurat. & cap. Super hō, infra de accusat. Unde nec repellit à promotione, ut notat Innoc. in cap. Qualiter, il secundo, in gloss. magna, vers. Et not. aquod res, eodem tit. & ex facto respondit Gemin. conf. 77. Quia super præmissis, num. 4. vers. Tertio, ratione casus, & leg. & not. in d. c. Testimonium, sup. eod.
- 4 Secundo nota ex hac Decretali testimonium, accusationem, & Ordinem æquiparari in repellendo.

lando, secundum gloss. hic ante medium, vers. Ex hac enim Decretali.

In glossa magna pro intellectu textus fac regulam, quod pendencia accusationis præjudicat in querendis, sed non in quæsitis, arg. l. Pluribus, §. Et si placeat, ff. de ver. Obligat. l. prima, §. Quamvis autem, ff. de postul. & §. ult. l. 1. quæst. 1. & ita hanc regulam constitutum in cap. Omnipotens de accusat. Petr. de Anchar. numer. 2. Joann. de Avian. numer. 3. Mar. Socin. eodem numer. & Felin. in 2. not. Et propterea accusatus non potest esse testis, nec alium accusare, nec ad Ordines, vel dignitates promoveri, nec esse alterius procurator, ut in glossa, quia in his agitur de querendis, sed bene potest bona sua administrare, testamentum condere, pecunias sibi debitas exigere, instrumenta conficere si sit Tabellio, & alia id genus, quia in his agitur de quæsitis, ut scripsi in prædicta Decretali Omnipotens, n. 7. & 9. de accusat. ubi plenè videas.

DE TESTIBVS Cogendis.

Cap. Pervenit, il primo.

SVM MARIVM.

- 1 Testis compellitur fraudem illius detegere, quæ probationis copiam adversario subtrahit.
- 2 Testes compelluntur etiam in criminalibus, quæ accusatus malitiosè accusatori subtraxit.
- 3 Accusari quis potest eodem libello de duobus criminibus capitilibus.
- 4 Testis, qui juravit contra aliquem non testificari, juramento non obstante debet compelli.
- 5 Juramentum de testimonio contra aliquem non ferendo est illicitum, ac temerarium.
- 6 Reipublica interest peccata nocentium esse nota.
- 7 Instrumentorum appellatione veniunt etiam testes.
- 8 Procedit in materia lata; secus in restringibilis.
- 9 Testes occultantes domi sue quæ pena puniuntur, & videntur.
- 10 Testis in criminali compellitur testificari an fuerit adstrictus à parte ad non deponendum.
- 11 Archiepiscopus, qui processum contra se fabricatum subtraxit, an habeatur pro convicto de criminibus, de quibus fuit accusatus, an ve, & quæ pena pro subtrahitione sit puniendus, & nu. seqq. usque in fin.
- 12 Corpus delicti constare debet etiam si reus verè, vel fidei sit confessus, nec alius potest sequi condemnationem, & nu. seq.
- 13 Confessio fida vel præsumpta non potest magis operari, quam vera.
- 14 Corpus delicti constare debet, ut damnari possit contumax, qui in vim status, vel consuetudinis habetur pro confessio.
- 15 Probationes adversario subtrahens ostendit se iniquam litem sœvere.
- 16 Et pro convicto haberi debet, sed contra, num. 18. Distinguitur, num. 19.
- 17 Iudicem qui tentat corrumpere, litem perdit, si ve privata sit litis, si ve publicæ, si ve fidei.

- 17 Subtrahens instrumenta præsumitur habere malam causam, nec est opus aliud probare ad eum convincendum.
- 20 Stupri pena de jure Canonico est depositio.
- 21 Adulterii pena depositio, est perpecca de rursus in monasterium.
- 22 Fornicationis simplicis pena quæ sit.
- 23 Subtrahens adversario probationes experiri debet in se iudicio adversitatem elusum.
- 24 Pena surripientis instrumenta, & scripturas publicas est legi Cornelia de falsis.
- 25 Nisi scriptura subrepta sint nulla, & informes.
- 26 Causa commissio contra Episcopos debet esse specialis, & manu Papæ signata.
- 27 Auditor Camera generalem habet facultatem procedendi contra Episcopos, & eoque puniendi absq. Signatura Papæ, & num. seqq. Etiam pro delictis, pro quibus venire imponenda pena depositionis, vel privationis, num. 29.
- 28 Monitoria tamen ut verfonaliter compareant, decernere non potest sine Commissione manu Papæ signata.
- 29 Episcopi citari, vel moneri non possunt ad persimiliter comparendum, nisi pro criminibus, pro quibus pena depositionis venire imponenda.
- 30 Clausula sine præjudicio, vel dummodo non sit alteri jus quæritum, & alia præferativa, intelliguntur præterquam in exceptis.

PERVENIT, il primo, duos habet intellectus: quidam enim, ut Laurent. intelligunt hanc de conditionem, ut sonat littera, ita ut testis sit cogendus tantummodo revelare fraudem a cuius, qui eum adstrictum juramento, ad non deponendum contra ipsam, & sic tantum deponere super coactione, non autem super principali crimine, & secundum hanc lectionem communiter sic summat. Compellitur testis fraudem illius detegere, qui probationis copiam adversario subtrahit, ita Joann. Andr. Bald. Bellam. Butr. Card. Anchar. & Imol. Alii verò intelligunt hunc textum largius, & ad eum testis sit compellendus deponere etiam super principali, & quod hic dicitur ad detegendum tantæ fraudis commentum, suppleat, & nihilominus ad deponendum super principali. Et secundum hunc intellectum, quem possit gloss. ultima hic, & Abb. dicit esse verum, & communem. Decretalis hoc intendit Compelluntur testes etiam in criminali, quos accusatus malitiosè accusatori subtrahit. Primò ponitur facti narratio, Secundo iudicis institutio, ibi, nos igitur, vel communis divisio, ut innotuit ibi, respicientem.

Nota primò, ibi, simonia, & adulterii, posse quem eodem libello accusari de duobus Capitibus criminibus, prout ex hac littera notat Bald. post princip. vers. in text. ibi, simonia, & Anchar. num. 1.

Secundò nota ibi, Juramento adstrictus, ut non deponeret contra ipsam: testem, qui juravit contra aliquem non testificari, non obstante juramento, esse nihilominus compellendum ad testimonium ferendum: & est ratio, quia huiusmodi juramentum est temerarium, & illicitum, & ideo non servandum, ut cap. Inimicitie, & ibi Bald. numer. 2. & cap. Constitutus il primo, supra de testib. & denuntiari debet non teneri tali juramento.

mento, ut dicitur in prædicta Decretali *Constitutio*, ut in cap. Olim, supra, de accusat. & firmat gloss. 1. hic Hostienus in prim. in ver. Juramento, & communiter Doctores.

Etenim cum ferre testimonium sit munus publicum, ad quod etiam invitus quis compellitur, non potest huic juri publico etiam intercedere juramento de notari, cap. Si diligenti, supra de foro compet. & notat Abb. in dict. cap. Inimavit in principio. Item est contra bonos mores quemquam inducere ad occultandam veritatem, cum Reipublicæ interfit peccata nocentium esse nota. *Eum qui nocentem, ff. de injuriis cap. 1. f. fama, de sent. excomm.* unde licet testes in criminibus non compellantur, tamen malum est eos ad testimonium non perhibendum, iurando adstringere, ut hic in ver. Nemo debet, & clarius in dicto cap. Constitutio, supra eod. secundum Abb. hic in 1. not.

7 Tertiò nota ibi, quorum appellationes testes continentur. Textum expressum, quod testes veniunt appellatione instrumentorum, nimirum, quia causam instruunt, unde merito appellari possunt instrumenta. l. 1. ff. de fide instr. & l. in exercit. C. eod. cap. Notionem, §. Instrumentorum, de verb. signifi. secundum Gosliced. hic, & not. Bart. in l. Admonendi, in fin. ff. de iur. iur. quod tamen procedit in lata significatione; Socus in materia lrisite intelligenda, cum aliud ius instrumenta, aliud test., ut in cap. per Burt. in 2. notab. Abb. numer. 1. & Felin. numer. 1. & 2. vers. Vbi autem essentus, ideo que licet subtrahens instrumenta teneatur crimine falsi, ut dicam infra num. 24. tamen occultans per vim testem domi suæ, ut veritas non appareat, non punitur pena falsi, cum hoc non reperiatur iure cautum, sed alia arbitria secundum Bald. hic num. 2.

8 Quartò nota ibi, experiri debet in se iudicis actoris etiam elusam, eum qui probationes adversario subtrahit, esse puniendum, Burt. hic numer. 3. & Abb. in ult. notab. Sed de hoc latius infra in prima questione.

9 Ultimò nota ibi, ad detegendum tantæ fraudis commentum. In criminali causa testem compelli ad testificandum super hoc an fuerit adstrictus à parte ad testimonium non perhibendum. Burt. hic in 1. notab.

10 QUÆRO, de notabili questione facti. Quidam Archiepiscopus in Regno Neapolitano inquisitus de homicidio, adulterio, stupro, & aliis excessibus subtraxit processum informativum contra eum per Commissarium Auditoris Camere desuper fabricatum. Quæsitum est, an propter huiusmodi subtractionem de talibus excessibus habeatur pro convicto. An ve, & qua pena pro eadem subtractione sit puniendus.

11 Circa primam partem questionis, quod spectat ad crimen homicidii, palam est Archiepiscopum condemnari non posse, quia non constat de corpore delicti, & cum confessio resultans ex subtractione processus, sit ficta, vel præsumpta, se undum Hostien. hic numer. 1. in ver. Ostendit, non potest magis operari, quam confessio vera, ut per Bald. in l. 2. §. Quod si actor, in fin. numer. 4. vers. Nota hic, & vers. Facit ad questionem, & c. C. de iurament. propter calamit. dand. Sed si reus votè confiteretur le homicidium commississe, non posset ex tali confessione damnari, nisi ali-

ter de homine occiso constaret, Bart. in l. Divus, numer. 2. ff. de test. milit. Angel. de malefic. in ver. Et restem celestem, numer. 2. ff. vers. Quod si confiteretur, Bost. de delictu, numer. 22. Clar. in præd. criminal. §. final. quest. 55. vers. Patet etiam. Farinacius alios cumulans de inquisitione, quest. 2. numer. 7.

Ergò longe minus damnari potest ex præsumpta confessione resultantè ex subtractione processus; ideoque stante statuto, vel consuetudine ut contumax habeatur pro confessio, si de corpore delicti non constat, non potest sequi condemnatio, quia si confessus verè non potest condemnari non conlito de corpore delicti, multò minus fidè confessus. Ita Guilicm. de Bened. in cap. Reynutus, part. 2. vers. Mortuus itaque testatore, il primo, numer. 162. & seq. de testamen. quem refert, & sequitur Farinac. d. numer. 7. vers. Amplia quintam ampliationem.

12 Sed quod pertinet ad alia crimina contra Archiepiscopum inducitur primo hæc Decretalis ubi qui subtrahit adversario probationes ostendit iniquam à se hanc foveri, quæ verba desumpta sunt ex l. Providendum, C. de postulat. & locum habent etiam in criminali, ut innuit littera huius textus ibi, de simonia. & adulteri crimine accusatus; & observant Hostien. in princip. Joan. Andr. numer. 2. Abb. & Felin. in Summario textus. Ponderandum est enim verbum ostendit, quod probat accusatum ex hoc solo, quod malitiosè subtraxit probationes fisci, censeri malam causam foveri, & haberi pro convicto; videtur enim confiteri crimen, arg. l. Quoniam, ff. de vi qui not. in fam. Idque ad exemplum ejus, qui reprobat iudicem corrumpere, ut l. 1. C. de pena iudic. qui mal. iudic. ubi qui diffidentia iustæ sententiæ in pecuniæ corruptelam prorumpit, licet perdit, live privata sit res, live publica, live fiscalis, ut ibi per Bald. & Salic.

13 Secundò ad hanc partem inducitur text. in cap. Constitutio, il primo, supra de testib. ubi cum Archiepiscopus esset de simonia crimine accusatus, & ejus consanguinei probationes accusatoris subtraxissent, tunc decidit id factum præsumi de voluntate ipsius Archiepiscopi, ideoque ab officio Pontificali eum suspendi iubet; si igitur Archiepiscopus ibi punitur ex sola præsumptione resultantè ex subtractione probationum facta per consanguineos, eodem modo, & fortius puniri potest ex præsumptione resultantè ex propria ipsius subtractione.

14 Tertiò adducitur textus in l. Si de possessione, C. de probat. ibi, ad empirionem probationem non est iudicium alius opus, sed instrumentorum iurum monstrare sufficit; & ita subtractione probationum facit plenam fidem contra subtrahentem, ut ibi per Bart. in prim. & numer. 2. in secunda lectur. & per Bald. numer. 1. vers. Sed in his quærens, ubi ait subtrahentem instrumenta præsumi habere malam causam, nec esse opus aliud probare ad eum convincendum.

15 Quartò adducitur autoritas Hostien. hic numer. 1. in ver. Ostendit, qui post Laurentium tenet aperte hunc Archiepiscopum Genuesi. qui malitiosè fisco, seu accusatoris subtraxit probationes, ex hoc haberi pro convicto, & confessio de criminibus simonia, & adulterii, de quibus fuerat accusatus, idem tenet Cardin. hic numer. 3. & seq. Bart. in d. l. Providendum, in antiqua lectura in

in fin. C. de postulat. Innocen. in cap. Intimavit, in prim. supra de testib. dicens eum, qui subtrahere voluit adversario copiam probationis, causam perdere, per hanc Decretalem, & §. 1. 1. 3. qu. 7. Idem voluit Guid. in l. 1. §. Si reus, ff. de eo per quem factum erit, Guid. in pap. sing. 99. Farinac. de testib. §. 7. 8. n. 144. & seq.

16 Sed pro Archiepiscopo videtur gloss. ultima in dict. l. Providendum, quæ exponens litteram ibi, ostendit iniquam à se hanc foveri, sic ait, (Præsumitur enim contra eum, sed ex tali præsumptione non damnatur; Idemque videtur sentire gloss. hic in ver. Ostendit, & Innocen. in prim. dum dicitur subtrahentem adversario probationes foveri iniquam causam præsumptivè, & sic videtur innuere, ut pro convicto non habeatur, quod aperte voluit hic Vincentius; qui tenet ex sola subtractione quem non haberi pro convicto, si alias foveat iustam causam; & consentit Joan. Andr. post Philipp. hic numer. 5. dicens talem non eo ipso litem amittere, si bonam habeat causam Bald. in dict. cap. Intimavit, numer. 2. & in dict. l. Providendum, numer. 4. in fin. C. de postulat. ubi exponendo illum textum in ver. Ostendit, dicit semiplena probatione, non autem efficaci præsumptione; & sequitur Felin. in eod. cap. Intimavit, in fin. & idem Felin. in cap. Cum venerabilis, numer. 2. de except. ubi de communi Boer. alios referens dec. 292. n. 3.

17 Pro concordia Henric. Boich. in hoc cap. numer. 2. distinguit sic. Aut reus non est convictus ad plenum de huiusmodi subtractione callida, vel malitiosa, & tunc ex hoc solo non habetur pro convicto, nec præsumitur contra ipsum in negotio principali; nam et si præsumptionem probare non oporteat, quia ius illam inducit, tamen factum ipsum, ex quo resultat, concludenter probari debet, cap. Cum inter N. seniores, supra de elec. cap. Tertio loco, de probat. & cap. Illud, & cap. Tertio loco, de presumption. Au de subtractione est plene convictus; & tunc aut queris utrum talis habeat contra se præsumptionem, quod malam causam foveat; & concludendum affirmativè, ut hic patet; & ita intelligas opinionem gloss. & Innocen. hic, dum exponunt verbum, ostendit, id est præsumptivè. Aut queris, an pro convicto habeatur in negotio principali, & tunc subdistingue; nam aut talis non ostendit claris, & evidentibus documentis innocentiam suam, & tunc pro convicto habetur; & ita procedat opinio Hostien. arg. dict. l. 1. C. de pen. iud. qui mal. iud. & l. Si de possessione, C. de prob. Aut ostendit claris, & evidentibus documentis iustitiam causæ suæ, & hoc casu non habebitur pro convicto, sed in sua iustitia auditur; & sic intellige opinionem Vincentii, & sequacium; nam cum talis propter subtractionem pro mortu iudicis extraordinariè puniri debeat, ut mox dicitur in secunda parte questionis, iniquum est se ipsum alia pena, scilicet amissionis causæ, & sic duplici pena puniri, ut cap. Si si Clerici, supra de iudic. & arg. cap. Ex parte, infra de Cleric. agror. & l. Divus, ff. de off. Præsid. Quam distinctionem totidem serè verbis sequitur Bellam. hic n. 1. & Boer. d. dec. 292. n. 9.

18 Et cum sit satis æqua, & opiniones conciliet, videtur omnino amplectenda.

19 Applicando igitur distinctionem Henrici ad

casum propositum, cum Archiepiscopus de subtractione processus violenta, & callida ad veritatem occultandam fibrent plene convictus ex compluribus testibus de visu contra ipsum formitter examinatis, ac repetitis, nec aliunde probaverit innocentiam suam claris, & evidentibus documentis, quin potius constet factem semiplenè de oppolito ex Summario processus ab eodem recognito, & habito pro originali, consequens est, ut conjungendo probationem factem semiplenam, quæ resultat ex surreptione processus, cum alia semiplena resultantè ex Summario testimonio, pro convicto haberi debeat de criminibus, de quibus fuit accusatus. Quare de rigore juris esset deponendus, & in monasterium detrudendus, quia pena ordinaria suprà de iure Canonico est depositio, secundum communem opinionem, & de quælatione Diaz in præd. criminal. Canon. cap. 77. & Clar. post alios in præd. criminal. §. Suprum, vers. Sed quæro, & pena adulterii similiter est depositio, & perpetua detentio in monasterium, & est communis opinio, ut dicit Covarr. in 2. Decretal. 2. part. cap. 7. numer. 19. Diaz ubi supra cap. 79. & alii apud Clarum in §. Adulterium, vers. Sed quæro, & probatur in cap. Lator, iuncta gloss. l. 2. quest. 7. ubi Episcopus Dyacini civitatis depositus fuit propter adulterium, vel incestum. Quinimò etiam pro simplici fornicatione deponitur, & in monasterium detruditur non modo clericus, C. Si quis Clericus; & cap. Presbyter, 71. dist. sed etiam Episcopus, ut patet ex Canone 25. Apostolorum, cuius hæc sunt verba (Si quis Episcopus, aut Presbyter, aut Diaconus post Diaconii gradum acceptum fuerit fornicatus, aut mechans, deponatur, & ab Ecclesiæ projectus, inter laicos agat poenitentiam) referitur in cap. Si quis Episcopus, §. 5. dist. & quamvis rigor antiquorum Canonum hodie non sit usqueque observandus, eo quod defectus nestronum temporum, quibus non solum merita, sed corpora ipsa hominum defecerunt, dilucidationis Canonice non patitur in omnibus manere censuram, ut legitur in cap. Fratemitas, 34. dist. 1. Ideoque pro simplici fornicatione hodie non fiat depositio, ut cap. A multis de atar. & qualis. tamen secus est, si sit notoria, vel scandalosa, aut diu continuata, cap. Quamvis infra de excess. Prælat. & cap. Ex parte A supra de testib. cum concordant, ut per Burt. in cap. At si clerici, numer. 13. vers. Per hoc patet, simplex fornicatio: & ibi etiam per Abb. numer. 5. de iudic. quia tamen hoc casu Archiepiscopus de huiusmodi excessibus non fuit convictus, vel confessus per rei veritatem, sed per præsumptionem à iure inductam ex subtractione processus, ut hic benignius agendo, mitiori pena extra ordinem videtur puniendus.

20 Circa secundam questionis partem planum est Archiepiscopum esse puniendum etiam pro subtractione processus text. clarus est hic in illis verbis, & experiri debet in se iudicis auctoritatem elusam; & in l. Providendum, C. de postulat. ibi auctoritatem iudicariam à se delatam experiretur; scilicet pena docente, secundum Hostien. hic numer. 2. in ver. In se. & Joan. Andr. eodem numero, in ver. Experiri debent; & notat Burt. & Imol. numer. 3. & Abb. in ult. not. nempe quia instrui non potuit super meritis causæ illo procuratore. l. Nec

21

22

23